citio milites in acie dispositos ordines indefinēter ob-  
seruent:nec ultra magis q̄ expedit aut cōglobent agmē  
aut laxent. Nā etiā constipati perdunt spacia pugnādi  
& sibi inuicem impedimento sunt. Et rariores atq; interlucentes  
aditum perrumpēdi hostibus prestant. Necesse est aut statim me-  
tu vniuersa cōfundi: si intercisa acie ad dimicantiū terga hostis ac-  
cesserit. Producēdi ergo tyrones sunt semp ad capum:& fm ma-  
tricule ordinem in aciem dirigendi : ita vt primo simplex exten-  
sa sit acies: ne quos finis ne quas habeat curvaturas: vt equali legi-  
timoq; spacio miles distet a milite. Tunc precipiendum vt subito  
duplicant aciem: ita vt in ipso impetu ad quem ipsi respondere so-  
lent ordo seruetur. Tertio precipiēdū est vt quadratā aciem repen-  
te constituant: quo facto in trigonū quem cuneum vocat acies ipa  
mutanda est. Que ordinatio plurimū prodesse consueuit in bello.  
Iubetur etiam vt instruant orbes : quo generē cū vis hostiū inter-  
ruperit aciem/resisti ab exercitatis militibus cōsueuit/ne oīs mul-  
titudo fundatur infugam:& graue discrimin immineat. Hec si iu-  
niiores assidua meditatione percepérint: facilius in ipsa dimicatio-  
ne serubunt.

**C**Quantum spaciū ire vel redire debeant/vel quotiēs in-  
mense exerceri cum educuntur milites ambulatum..

Cap. XXVII.

**D**Reterea & vetus consuetudo permāsit & diui Augusti  
datq; adriani constitutionib<sup>9</sup> precauetur vt ter in mēle tā  
equites q̄ pedites educantur ambulatum : hoc em̄ verbo-  
hoc exercendi genus noiant. Decem milia passuum arma-  
ti instructiq; oīb<sup>9</sup> telis pedites militari gradu ire ac redire iubebā-  
tur in castra: ita vt aliquā itineris partē cursu alacriore cōficerent.  
Equites quoq; diuisi per turmas armatiq; similiter tm̄ itineris per-  
agebant/ ita vt ad equestrem meditationē interdum sequerentur  
interdum cederent & recursu quodam impetus repararent. Non  
solum autē in campis sed etiam in cliuosis & arduis locis & ascen-  
dere & descendere vtraq; acies cogebatur : vt nulla res vel casus:

# Flauij vegetis de re militari.

prosperitate pugnantibus possit accidere quam non ante boni milites  
affidua exercitatione didicissent.

## De adhortatione rei militaris romanęq; vir tutis. Cap.XXVIII.

**D**icit fidei ac deuotionis intuitu imperator inuicte de vniuersis auctoribus qui rei militaris disciplinam litteris madauerunt in hunc libellum enucleata congregati: ut in delectu atq; exercitatione tyronum si quis diligens velit existere: ad antique virtutis imitationem facile corroborare possit exercitum. Neq; em̄ degenerauit in hominibus martius calor: nec effete sunt terre que lacedemonios/ que athenieñ. que Marſos/que samnites/que Pelignos/que ipsos progenuere romanos. Nonne epirote armis plurimum aliquando valuerunt? Nonne macedones ac theſſali superatis perſis vſq; ad Indiam bellando penetrarunt? Dacos autē & medos ad traces intantum bellicosos semper fuisse manifestum est vt ipsum martē fabule apud eos natum esse confirment. Longum est si vniuersarum prouinciarum vires enumerare contendaz/cum omnes in romani imperii ditione confiſtant. Sed longe securitas pacis homines partim ad delegationē ocii: partim ad ciuilia traduxit officia . Ita cura exercitii militaris primo negligentius agi: postea dissimulari ad postremū olim in obliuionē perducta cognoscit. Nec aliquisi hoc superiore etate accidisse miretur cum post primum punicū bellum viginti quattuor circulis excursis annorum pax ita romanos illos vbiq; victores ocio & armorum desuetudine eneruauerit vt secundo bello punico hānibali pares esse nō possent. Tot itaq; cōſulib⁹ tot ducibus/ tot exercitibus amissis:tunc demum ad victoram pertinerunt cum vſum exercitiumq; militare condiscere potuerunt. Semper ergo legendi & exercendi sunt iuniores. Ut ilius em̄ constat erudire armis suos q; alienos mercede conducere.

**CLIBER PRIMVS EXPLICIT.**

# CLAVII VEGETII RENATI DE RE MILITARI LIBRI SECUNDI PROLOGVS.

**D**icitur maiorum artis armature precipue clementiam vestram peritissimeq; retinere continuis declaratur vitoris ac triumphis. Siquidem indubitata approbatio artis est rerum semper effectus. Verum tranquilitas tua imperator inuicte altiori consilio q; mens poterat terrena concipere: ex libris antiqua desiderat: cu; ipsam antiquitate factis recentibus antecedat. Cum igitur hec litteris breuiter comprehendere maiestati vestre non tam discenda q; recognoscenda precipiter/certauit sepius deuotio cu; pudore. Quid ei audaciis q; dño ac principi generis humani/domitori oīz gentiū barbararū devisi ac disciplina insinuare bellorū: nisi forte iussisse fieri quod ipse gesuisse. Et rursum tanti imperatoris non obedire mandatis plenum sacrilegii videbas atq; periculi. Miro itaq; modo in paredo audax factus sum: dū metuo videri audacior si negassem. Ad quā temeritatē pcedes me indulgētie v̄e perenitas aiauit. Nā libellū de delectu atq; exercitatione tyroni dudū tāq; famulus obtuli: nectū culpa t; abscessi. Nec formido iuss⁹ aggredi op⁹ qd spōtaneū cessit ipine

**C**In quot genera diuidatur res militaris. Cap.I.

**E**s igitur militaris sicut latino rum egregius auctor carminis sui testatur exordio armis constat & viris. Hec in tres diuiditur partes Equites Pedites Classes. Equitum ale Ale edita dicitur ab eo q; ad similitudinem alarū: ab vtraq; parte protegant acies: que nunc vexillationes vocantur a velo quia velis hoc est flammulis vtuntur. Est aliud genus equitū q; legionari vocant̄: ppter ea q; co- tiones. Equites nxi sunt legiōi. Ad quorū exēplū ocreati egtes sunt instituti. Clas- legiōaris. Clas- siū itē duo ḡna sunt. Vnū liburnarū/aliud lusoriarū. Eq̄tib⁹ campi classib⁹ maria & fluminā/peditib⁹ colles/vrbes/plana/& abrupta seruantur. Ex quo intelligitur magis reip. necessarios pedites qui possunt vbiq; prodeſſe. Et maior numer⁹ peditum sumptu & expensa minore nutritur. Exercitus ex re ipſa atq; opere exercitiū nomē accepit: vt ei nūq; liceret obliuisci quod vocabatur. Verum ipſi pedites in duras dimis̄ sunt partes: hoc est in auxilia & legiōes. Peditu; duoḡna. Auxilia a sociis vel federatis gentibus mittebantur. Romana autem virtus precipue in legiōnum ordinatione prepollet. L.e. Legio; gio autem ab eligendo appellata est: quod vocabulum eorū desig-

# Flauij Ciegetis de re militari.

derat fidem atq; diligentiam quib<sup>9</sup> milites p<sup>b</sup>abantur. In auxiliis minor in legionibus longe amplior consueuit numerus militum ascribi.

Phalan-  
ges.  
Caterue.



Legio.

Auxilia-  
res.

Legio.

Lewis ar-

matu-  
rata.

Quid inter legiones & auxilia interfit. Cap.II.

Eniq; Macedones Greci Dardani Phalanges habue-  
runt vt i una Phalage armatorū octo milia censerent. Galli atq; Celtiberi pluresq; barbarice natiōes cateruis  
vtebantur in prelio: in quibus erant sena milia armato-  
rum. Romani legiones habent in quibus singulis sena milia in-  
terdum amplius militare consueuerunt. Quid autem inter legio-  
nes & auxilia interesse videat expediā. Auxiliares conducun-  
tur ad preliū ex diuersis locis/ex diuersis munerib<sup>9</sup> veniētes:nec  
disciplina interesse:nec noticia:nec affectiōe cōsentīt. Alia institu-  
ta:alius inter eos est usus armorū. Necesse est aut tardius ad vi-  
ctoriam peruenire qui discrepant anteq; dimicent. Deniq; cum in  
expeditionibus plurimū profitōes milites vnius precepti signifi-  
catione cōverti:nō pñt equaliter iussa complere qui ante pariter  
non fuerūt. Tamen hec ipsa si solēnibus diuersisq; exercitiis prope  
quotidie roborent non mediocriter iuuāt. Nam legionibus sem-  
per auxilia tanq; leuis armatura in acie iungebantur: vt in his p-  
liandi magis ad miniculum esset q; principale subsidīt. Legio aut  
propriis cohortibus plena cū grauem armaturā hoc est principes  
hastarios/triarios/antesignarios. Item leue armaturā hoc est fe-  
tatiarios:sagittarios: funditores:balistarios cum propriis & sibi  
impositos equites. Legionarios iisdem m̄riculis teneat:cū vno  
animo pariq; cōsensu castra muniat:acīe instruat. preliū gerat ex  
omni parte perfecta:nulloq; extrinsecus indigens adiumento quā-  
tālibet hostium multitudinē superare consueuerat. Documētum  
est magnitudo romana que semper cum legionib<sup>9</sup> dimicans tā-  
tum hostium vicit quātum vel ipsa voluit/vel rerum natura per-  
misit.

Que causa exhausti fecerit legiones.

Cap.III.

**A**legionum nomē in exercitu permanethodie: sed per ne-  
gligentiam superiorum tēporum robur infractū est cū  
virtutis premia occuparet ambitio:& per gratiam pro-  
mouerentur milites qui promoueri consueuerant per la-  
borem. Deinde cōtubernalibus cōpletis stipēdiis per testimonia-  
les ex more dimissis non sunt alii substituti. Preterea necesse est  
morbo aliquatos debilitari atq; dimitti: aliquātos militiā deserere  
vel diuersis casibus interire: vt nisi annis singulis/immo singulis

pene mensibus in recessentiū locum iuniorū turba succedat: quis copiosus exhauiat exercitus. Est & alia causa/cur attenuate sint legiones. Magnū in illis labor est militandi/grauiora arma/sera muera/seuerior disciplina. Qd vitates pleriq; i auxiliis sepe festi nant militie sacramēta percipere: vbi & minor sudor & matuoria sunt premia. Cato ille maior cum & armis inuictus esset: & con sul exercitū sepe duxisset: plus se reip. credidit profuturum/sidisci Cato ret plinani militare conferret in litteras. Nam vni<sup>o</sup> etatis sunt res q; scriptor. fortiter fiunt: que vero pro vtilitate reip. scribunt̄ eterna sunt. Ide fecerunt alii cōplures sed p̄cipue Frontinus diuo traiano ob eiusmodi p̄probat̄ industria. Horum instituta: horū precepta in qua tum valeo strictim fideliterq; signabo. Nam cū easdē expensas faciat & diligenter & negligenter exercitus ordinat̄: non solū presentibus, sed etiā futuris seculis proficiet: si prouisione maiestatis tue impator Auguste & fortissima dispositio reparetur armorū & emendetur dissimulatio precedentium.

### C Quotenas legiones antiqui ad bellū duxerūt. Cap. IIII.

 N omnibus authoribus intenitū singulos p̄fules aduersus hostes copiosissimos nō amplius q; binas duxisse legiones addit̄ auxiliis sociorū. Tanta in illis erat exercitatio/tanta fiducia vt cu: uis bello dire legiones crederentur posse sufficere. Quiapropter ordinationem legionis antique fm normam militaris iuris exponam. Que descriptio si obscurior aut im politior videbit̄: non michi sed difficultati ipius rei conuenit imputari. Attento itaq; animo sepius relegēda sunt ut memoria intelligētiaq; valeat comp̄hendi. Necesse est em̄ in uictam esse rep̄. cuius iperator militari arte percepta quantos voluerit faciat exercitus bellicosos.

### C quemadmodū legio constitatur. Cap. V.

 Iligenter igitur lectis iunioribus/animis corporibusq; prestantibus/ additis etiā exercitiis quotidianis quat̄ uor vel eo ampli⁹ mensū iussu auspiciisq; inuictissimi b̄incipis legio form. af. Nam picturis in cute pūctis milites scripsi & matriculis inserti iurare solent. Et ideo militie sacra Militie menta dicunt̄. Iurant autē per deum & xp̄m & spiritum sc̄tm & sacramen p̄ maiestatē impatoris que fm deum generi humano diligenda est & colēda. Nam imperatori cum Augusti nomē accepit tanq; presenti & corporali deo fidelis est prestāda deuotio: & impēden dus penitigil famulatus. Neo enī vel priuatus/vel militans seruit cum fideliter eu diligat qui deo regnat authore. Iurant autē milis

# Flauij Vegetij de re militari.

Les omnia se strenue facturos que preceperit imperator: nūq̄ deserā  
turos militiā:nec mortem recusaturos pro romana rep.

**C**Quot cohortes in vna sunt legione. Item quot mili-  
tes in vna cohorte. Cap. VI.

**S**ciendū est autem in vna legione decem cohortes esse  
lebere. Sed p̄ma cohors reliquas & nūero militū & di-  
gnitate p̄cedit. nam ḡne & institutione litterarū viros  
electissimos q̄rit. Hec enī suscipit aquilā:qd̄ precipuū si-  
gnū in romano est semp exercitu & toti⁹ legionis insigne. Hec  
imagines impatorum hoc est diuina & p̄sentia signa veneratur.  
Habet pedites mille centū quinq;. Equites loricatos cētum trigi-  
taduos:& appellat̄ cohors miliaria. Hec caput est toti⁹ legionis:  
ab hac cumpugnandum est prima acies incipit ordinari. Scđa co-  
hors hab̄ pedites.dlv. Equites loricatos.lxvi.& appellat̄ cohors  
quingētaria. Tertia cohors similiter habet pedites.dlv. Equites.  
lxvi. Sed in hac cohorte tertia validiores probari moris est quia  
in media acie cōsistit. Cohors quarta habet pedites. dlv. Equites.  
lxvi. Cohors quinta habet totidem. Sed & ipsa strenuos desiderat  
milites:quia sicut prima in dextro: ita quinta in sinistro ponitur  
cornu. He quinq; cohortes in prima acie ordinātur. Sexta cohors  
habet pedites.dlv. Equites.lxvi. In ipsa quoq; enucleati asscribē-  
di sunt iuniores:quia in secūda acie post aquilam & imagines co-  
hors sexta cōsistit. Cohors septima habet pedites.dlv. Equites.  
lxvi. Cohors octaua habet pedites.dlv. Equites.lxvi. Sed & ipsa  
animoslos desiderat viros:quia in secunda acie cōsistit media. Co-  
hors nona habet pedites.dlv. Equites.lxvi. Cohors decima ha-  
bet pedites.dlv. Equites.lxvi.& ipsa bonos accipere cōsueuit bel-  
latores:quia in secunda acie sinistrum possidet cornu. His decem  
cohortib⁹ legio plena fundatur q̄ h̄z pedites sex mille centū. Equi-  
tes septingentos.xxvi. Minor itaq; numer⁹ armatorū in vna le-  
gione esse nō debet. Maior autē interdū esse p̄sueuit: si nō tm̄ vna  
cohorte sed etiā alias miliarias fuerit iussa suscipere.

**C**Nomina & grad⁹ principiorū legionū. Cap. VII.

**P**rainc̄-  
pia.  
**Tribun⁹**  
**Ordieris**

**A**ntiqua ordinatione legionis exposita principalium mili-  
um & vt pprio vtar vocabulo principiorū nomina &  
dignitates fin̄ presentes matriculas indicabo. Tribun⁹  
maior per ep̄lam sacrā impator⁹ iudicio destinat⁹. Mi-  
nor tribun⁹ prouenit ex labore. Tribunus aut̄ vocat̄ a tribu tribuē  
doq; iure quia preest militibus q̄s ex tribu prim⁹ ronulus legit.  
Ordinarii dicuntur qui in prelio p̄sunt & primos ordines ducunt.

**A**ugustales appellantur qui ab Augusto ordinariis iuncti sunt. Flaviales item tanq; scdi augustales a diuo Vespasiano sunt legioniib; additi. Aquiliferi q; aquila portat. Imaginarii / vel imaginiferi qui imperatorum imagines portant. Optiones ab optando appellati φ antecedētibus egritudine prepeditis hui tanq; adoptati eorū / atq; vicarii solent vniuersa curare. Signiferi qui signa portant: quos nunc draconarios vocant. Tesserarii qui tesseram per contubernia milium nunciant. Tessera autem dicitur preceptu ducis quo vel ad aliquod opus vel ad bellum mouetur exercitus. Campigeni hoc est antesignani ideo sic nominati quia eorum opera atq; virtute exercitii genus crescit in campo. Metatores qui precedentes locum eligunt castris. Beneficiarii ab eo appellati φ promouentur beneficio tribunorum. Librarii ab eo φ in libros referant rationes ad milites pertinentes. Tubicines / Cornicines /& Buccinatores qui tuba / vel ereo cornu / vel buccina committere prelum solent. Armature duplares quia binas cōsequuntur annonas. Simplares q; singulas. Mensores qui in castris ad podisimum demetiuntur loca in quibus milites tentoria figant: vel hospicia in ciuitatibus prestant. Torquati duplares torquati simplares quibus torqueis aureis solidis virtutis premium fuit: quem qui meruissest preter laudem interdum duplas consequebatur annonas: duplares duas / simplares unam. Erant & fin anno nam candidati duplares candidati simplares. Hi sunt milites principales qui priuilegiis munientur. Reliqui munifices appellantur quia munia facere coguntur.

**C** Nomina eorum qui antiquos ordines ducebant. Cap. VIII.

**V** Etus autem consuetudo tenuit ut ex primo principe legio nis promoueretur Centurio primipili: qui non solum equile preerat / verum etiam quattuor centurias hoc est quadrungentos milites in prima acie gubernabat. Hic tanq; caput totius legionis merita consequebat & cōmoda. Item primus hastatus duas, i.e. centurias ducētos homines ducebat in acie seda quem nunc ducenarii vocant. Princeps autē prime cohortis centuriam & semis hoc est centū quinquaginta homines gubernabat. Ad quem prope omnia que in legione ordināda sunt p̄tinent. Item scđus hastatus centuriam & semis / id est centum quinquaginta milites gubernabat. Triarius prior centū hoies regebat: sic decē centurie cohortis p̄me a quis ordinariis regebant: qbus magne utilitates & magn⁹ honor est a veterib; constitut⁹: vt ceteri milites ex tota legione oī labore ac deuotione p̄tenderent ad tāta

# Flauis Uegetis de re militari

Ceturio: p̄mia peruenire. Erant etiā cēturiōes q̄ singulas cēturiās curabāt nes.  
Centena q̄ nūc cētēnarii nominanf̄. Erant decani denis militib̄ p̄positi q̄  
ri. nūc caput cōtubernii vocanf̄. Scđa cohors habebat centuriones  
Decani. quinq̄. Similiter tertia/quarta/q̄uita usq̄ ad decimam cohortē in  
Caput cō tota autem legione erant centuriones.lv.  
tuberniſ.

## C De officio prefecti legionis.

Cap.IX.



Ed legati imperatoris ex cōsularibus ad exercit⁹ mitte  
banf̄ qbus legiones & auxiliavniuersa obtēperabant in  
ordinatione pacis vel necessitate bellorū: in quoruī locuī  
nūc illustres viros cōstat magistros militum substitutos  
a quibus non trñ bine legiones sed etiā plures numero gubernanf̄.  
Prefe- Propri⁹ autē iudex erat p̄fectus legionis habens cōmunem primi  
ct⁹ legio- ordinis dignitatē: q̄ absente legato tanq̄ vicarius ipsius potesta-  
nis. tem maximā retinebat. Tribuni vel centuriones ceteriq̄ milites/  
eius p̄cepta seruabant: vigiliariū siue p̄fectionis tessera petebaf̄ ab  
eodem. Si miles crimen aliqd̄ admisisset auctoritate p̄fecti legio-  
nis deputabaf̄ a tribuno ad penā. Arma oīz militū/ item equi/ ve-  
stes/ annona ad curam ipsius pertinebant. Discipline eius & seue-  
ritas & exercitatio nō solum peditū sed etiā equitum/ legionarios  
rū p̄cepto eius quotidie curabaf̄. Ipse autē custos diligēs & sobri⁹ le-  
gionē sibi creditā assiduis opib⁹ ad oēz deuotionē: ad oēm afforma-  
bat industriā: sciēs ad p̄fecti laudē subiectoruī redundare virtutem.

## C De officio prefecti castrorum.

Cap.X.



Rat etiā castrorum p̄fectus licet inferior dignitate. Oc-  
cupatus tr̄ nō mediocrib⁹ caufis: ad quem castrorū posī-  
tio valli & fosse destinatio ptinebat. Tabernacula vel ca-  
se militum cū impedimentis oībus nutu ipsius curabāt  
Preterea egri cōtubernales & medici a qb⁹ curabaf̄. Expēse ēt ad  
ei⁹ industriā pertinebāt. Vehicula saginarii necnō etiā ferramēta  
qbus materies ferraf̄ vel cedif̄ qbusq̄ aperiunt̄ fosse circa sitū valli  
& aqueductus. Itē ligna vel stramina/ arietes/onagri/baliste/cete-  
raq̄ genera tormentorū ne deessēt aliqñ̄ p̄curabat. Is post longaz  
probataq̄ militiam peritissim⁹ oīm legebatur: vt recte doceret  
alios quod ipse cum laude fecisset.

## C De officio prefecti fabrorum.

Cap.XI.



Abet preterea legio fabros lignarios instructores/ car-  
pentarios/ferrarios/pictores/reliquosq̄ artifices ad hi-  
bernorum edificia fabricanda ad machinas turres li-  
gneas/ceteraq̄ quibus vel expugnantur aduersarioruz  
ciuitates vel defendunf̄ pprie preparatos. Qui arma/ q̄ vehicula

ceteraque genera tormentorum vel noua faceret / vel quassata reparent. Habebat etiam fabricas / scutarias / loricarias / arcuarias in quibus sagitte / missilia / cassides oīaque armorum gna formabantur. Hec enī erat cura p̄cipua ut quicqđ exercitū necessariuz videbantur deesset in castris usq; eo ut etiā cunicularios hērent qui ad morem bessorū ducto sub terris cuniculo murisq; intra fundamen ta p̄fossis improvisi emergeret ad vrbes hostiū capiendas. Horuī index erat proprius prefectus fabrorum.

## ¶ De officio tribuni militum.

Cap. XII.



Ecem cohortes habere legionē dixim⁹: sed prima erat miliaria in qua cēsu / genere / litteris / forma / virtute / polentes milites mittebantur. huic tribunus preerat armos / tim scientia / vñtute corporis / mortū honestate p̄cipiuſ. Relique cohortes prout principi placuisset a tribunis vel a p̄positis regebantur. Tanta autē seruabatur exercēdi milites cura ut nō solum tribuni vel p̄positi p̄tubernales sibi creditos sub oculis suis iuberent q̄tidie meditari / sed etiā iþi armorū arte perfecti ceteros ad imitationē p̄prio cohortarenf exēplo. Tribuni aut̄ sollicitudo per hac laudat̄ industriā: cū miles veste nitidus armis bene munitus ac fulgens exercitū usq; & disciplina eruditus incedit.

## ¶ De centuriis atq; vexillis peditum. Cap. XIII.



Rimum signū totius legionis est aquila quam aquilæ Aquila: fer portat. Dracones etiā per singulas cohortes a dracones conariis feruntur ad prelium. Sed antiqui quia sciebant in acie commissio bello celeriter ordines aciesq; turbari atq; confundi: ne hoc posset accidere cohortes in centurias diuiserunt: & singulis centuriis singula vexilla constituerunt: ita ut ex qua cohorte vel quota eslet centuria in illo vexillo litteris eslet a scriptum: quod intuentes vel legentes milites in quātouis tumultu a contubernalibus suis aberrare non possent. Centuriones in super qui nunc centenarii vocantur nimium bellicosos loricatos trāsumptis cassidū crīstis / vt facilius noscerent / singulas iusserūt gubernare centurias: quatinus nullus error existeret cum centeni milites sequerentur non solum vexillum suum / sed etiam centurionem qui signum habebat in galea. Rursus ipse centurie in contubernia diuisae sunt: vt decem militibus sub uno papilione de gentibus unus quasi p̄recesset decanus qui caput contubernii nominatur. Contubernium autem manipulus vocabatur ab eo quod Manipulus manibus pariter dimicabant.

## ¶ De turmis equitū legionarioꝝ.

Cap. XIII.

b iii

# Flauij Vegetij de re militari.

Turma.  
Decurio.



Vemadmodum inter pedites centuria vel manipulas appellat/ ita inter equites turma dicit: & habet vna turma equites. xxx. duos: huic qui preest Decurio nomina tur. Centu enim pedites ab vno centurione sub vno vexillo gubernatur: similiter. xxx. duo equites ab vno decurione sub vno vexillo regunt. Preterea sicut centurio eligēdus est magnis virib: pcera statura: qui hastas vel missilia perite iaculef & fortiter: qui dimicare gladio/ qui scutum rotare doctissime nouerit: qui omnem artem didicerit armature. vigilans/ sobrius/ agilis/ mag/ ad faciēda que ei imperant q ad loquendū parat. Cōtuberales suos ad disciplinā retineat: & ad armorū exercitiū cogat: vt bene vestiti & calciati sint: vt arma oīm defracentur ac splendeat. Similiter eligēdus est decurio q turme equitū preponat impēmis habili corpe: vt loricatus & armis circūdat oībus cū summa admiratione equū possit ascēdere: equitare fortissime. conto scienter vti: sagittas doctissime mittere: turmales suos. i. sub cura sua eq̄tes positos erudire ad oīa que equestris pugna depositit: eosdē cogere loricas suas vel catafractas cōtos suos & cassides frequenter tergere & curare. Plurimū enī terroris hostib: armorū splendor importat. Quis credat milite bellicosū cui dissimulatiōe situ ac rubigine arma fedant? Non solū aut equites sed etiā ipsos equos assiduo labore cōuenit edomari. Itaq ad decurionē & sanitatis & exercitationis tam hoīm q equorum pertinet cura.

Turma-  
ks.

Quemadmodū legionum acies instruātur. Cap. XV.



Vnc qualiter instruēda sit acies si pugna iminēat decaretur vni legiōis exēplo: qd si v̄lus exegerit trāfferri possit ad plures legiōes. Eḡtes locant ī cornib: Acies peditū a p̄ma cohorte incipit ordinari in cornu dextro

Huic cohors scđa coniūgitur. Tertia cohors in media acie colloctatur. Huic anectiē q̄ta. Quīta no cohors sinistrū suscipit cornu. Principes Sed an signa & citra signa. Necnō in p̄ia acie dimicātes p̄incipes vocabant: hoc est ordiarii ceteriq̄ p̄incipales. hecerat grauis armatura qui habebant cassides/catafractas/ocreas/scuta/gladios

Spatha. maiores quos spathas vocāt/ & alios minores quos semispatheras Semispatheras nomināt: plūbatas quinas positas in scutis quas primo impetu iaciunt. Item bina missilia vnu maius ferro triangulo vnicariū nouē

Pilum. hastili pedū quinq̄ & semis qd pilum. vocabat nunc spiculū dicit:

Spiculū Ad cuias ictum p̄cipue exercebātur milites quod arte & virtute directum & scutatos pedites & loricatos equites sepe transuerberat. Aliud minus ferro triangulo vnicariū quinq̄ hastili pedū triū &

semisq; tum verriculū nunc verutū dicit. Prima acies p̄cipū. Terricu-  
lum. Spherae-  
tarū. Scutati.  
Fundito-  
res. Triangu-  
larū.  
Scda hastatorū armis talib⁹ doceſt instructa. Post hos erāt Phe-  
rentarii & leuis armatura quos nūc auxiliatores & armaturas di-  
cimus. Scutati qui plūbatis vel gladiis & missilibus accincti sicut Scutati.  
nunc ppe oēs milites vidēt armati erāt. Item sagittarii cū cassi  
dibus/catafract⁹ & gladiis/sagittis/& arcubus. Erāt funditores q  
ad fundas vel fustibalos lapides iaciebāt. Erant triāgularii q ad  
manubalistas vel arcubalistas dirigebāt sagittas. Secūda acies si  
militer armabāt in qua p̄sistentes milites hastati vocabātūr. Sed  
in scda acie dextro cornū cohors sexta ponebāt:cui iūgebāt septi  
ma. Octaua cohors mediaz aciē tenebat nona comitāte. Decima  
cohors in vndeclima acie sinistrum semp obtinebat cornū.

**C**Quemadmodū triarii vel cēturiones arment⁹. Cap. XVI.

**T**riarii;  
 Ost oēs aut̄ acies triarii cū scutis catafractis & galeis ocreati cū gladiis semispattiis plūbatis & binis missilibus locabant⁹:q genu posito subsidebant vt si p̄ma a-  
cies vincerebāt: ab hiis quasi de integro reparata pugna posset reparare victoriā. Oēs aut̄ signarii vel signiferi quānis pedi-  
tes loricas minores accipiebāt:& galeas ad terrorē hostiū vrsinis pellib⁹ tectas. Cēturiones nō hēbant catafractas/scuta/& galeas ferreas s̄z trāuersis & argētāt̄ crīstis vt facili⁹ cognoscerēt a suis.

**C**Comissa pugna graue armaturā stare p muro. Cap. XVII.

**T**lud autē sciendū est & modis oib⁹ retinendū:cōmissio bello p̄ma ac scda acies stabat imota. Triarii q̄q̄ reside-  
bāt:fūrettarii aut̄ armature scutatores/sagittarii/fundi-  
tores. hoc est leuis armatura aduersarios puocabāt an-  
aciē procedētes:si hostes fugare poterāt seq̄banf⁹:si eorū xtute ac  
multitudine p̄mebātur reuertebāt ad suos & post eos stabāt. Exci-  
piebat aut̄ plū grauis armatura:& tāq̄ mur⁹ (vt ita dicā) ferre⁹ sta-  
bat:& nō solū missilib⁹ sed etiā gladiis comin⁹ dimicabāt:& si ho-  
stes fugassēt nō seq̄baſt grauis armatura ne aciē suā ordinationēq̄  
pturbaret:& ad disp̄sos recurrētes hostes icōpositos opp̄merēt:z  
leuis armatura cū fūditorib⁹ sagittariis & eq̄tib⁹ fugiētes seq̄baſt  
ūimicos. Hac dispositiōe atq̄ cautela sine piculo legio vicebat:aut  
supata fuabāt incolumis:q; ius legiōis ē facile nec fugē/nec seq̄.

**C**Noia militū & grad⁹ i scut⁹ eorū aduersis scribēda. Cap. xviii.

**D**igmata  
 Ed ne milites aliquando in tumultu prelii a suis cōtu-  
bernalibus aberrarēt/diuerſis cohortib⁹ diuersa in scut⁹  
signa pingebant que ipsi nominant dignata sicut etiā nunc moris est fieri. Preterea in aduerſo scuto vniuſcar-

# Flauij Vegetij de re militari

iusq; militis litteris erat nomen ascriptū addito ex qua esset cohorte/quave cēturia. Ex his ergo appareat legionē bene institutā quā si munitissimā esse ciuitatē que omnia prelio necessaria secū vbiq; portaret:nec metueret repentinū hostium superuentū que etiā in mediis campis subito fossa se valloq; muniret:que omne gen⁹ militarii contineret & armorū. Si q̄s ergo pugna publica supare barbaros cupit vt diuinitatis nutu dispositione imperatoris inuicti reparentur/ex tyronib⁹ legiones votis oībus petat. Intra autē breue spaciū tpiis iuniores diligenter electi & exercitati quotidie non solū mane sed etiā post meridiē omni armorū disciplina vel arte bellandi veteres illos milites qui orbē terrarū integrū subegerunt facile coequabunt nec moueaf cesar tua maiestas quod oīm consuetudo est mutata q̄ viguit. sed huius pugnionis ac felicitatis est perhēitas tua q̄ pro salute reip. & noua excogitet & antiqua restituat. Omne em̄ opus difficile videf anteq; tempes. Ceteri si exercitati & prudentes viri delectui preponātur celeriter manus bellis apta poterit aggregari & diligēter institui. Quiduis em̄ efficit sōlertia si conipetentes non denegentur expense&

**C** Preter corporis robur notarum vel cōputandi artem in tyronibus eligendam.

Cap. XIX.

**S** Ed qm̄ in legionib⁹ plures scole sunt que litteratos milites querunt: ab his qui tyrones probant in oībus quidē stature magnitudēz/corporis robur/alacritatē animi cōuenit explorari. Sed in quibusdā notarū pitia/calculādi cōputandiq; vsus exigif. T' otius ei legionis ratio/siue obsequiorū siue militarii numerorū/siue pecunie quotidie ascribitur artis maiore prope diligētia q̄ res annonaria vel ciuilis politicis libris anno tatur. Quotidianas etiā in pace vigilias. Itē excubitorū siue angarias de oībus centuriis & cōtuberniis vicissim q̄ milites faciūt: ut ne quis contra iūsticiā pregrauetur: aut alicui p̄stetur immunitas. Noīa eorū qui vices suas fecerunt breuib⁹ inferuntur. Quando q̄s cōmeatum acceperit/vel qnot dierū annotaf in breuib⁹. Tunc enī difficile p̄meatus dabatur: nisi causis iūstissimis approbatis. Nec aliquib⁹ milites instituti deputabātur obsequiorū: nec priuata eisdē negocia mandabāf. Siquidē incongruūz videretur imperatoris militem qui veste & annona publica pascebat vtilitatib⁹ vacare priuatis. Ad obsequia tñ iudicū vel tribunorū/necnō etiā p̄cipias Accensit. liē deputabanf milites qui vocabanf accensi: hoc est postea addis Supnu⁹ ti q̄ fuisset legio cōpleta: quos nunc supernumerarios vocat. Fasci merari. cularia tñ. lignū/fenum/aqua/stramen etiam legitimū milites in

**C**astra portabat. Munifices et ab eo appellatur quod hec munia faciat. **Munifices**  
**C**onatiui partem dimidiata debent apud signa sequestrare **ces.**  
 militibus seruandam. **Cap. XX.**

**D**ilud vero ab antiquis diuinitas institutum est: ut ex dominatio-  
 natuo quod milites consequuntur dimidia pars sequentur  
 apud signa: & ibide ipsis militibus seruaretur: ne per lumen  
 aut inane rerum coparatione a cotubernalib[us] possit  
 absundi. Plerique enim hoies & praecipue pauperes tantum erogant quam-  
 tum habere potuerunt. Sepolitio autem ista pecunie primu[m] i[ps]is co-  
 tubernalibus docetur accommoda. Nam cum publica substetetur anno-  
 na ex oibus donatiuis auge[re] eorum per medietatem castrae peculium.  
 Miles deinde quod sumptus suos scit apud signa depositos de desere-  
 do nihil cogitat: magis diligit signa. Pro illis in acie fortius dimicat:  
 more humani ingenii: ut per illis habeat maximam curam: in quibus  
 suam videt positam esse substantiam. Denique x. folles hoc est. x. sac-  
 ci per cohortes singulas ponebantur: in quibus hec ratio condebat.  
**A**ddebatur etiam saccus vndeclimus in quez tota legio particulam  
 aliquam conferrebat sepulture scilicet causa: ut si quis ex cotubernali  
 bus defecisset: ex illo vndeclimo sacco ad sepulturam ipsius promere  
 tur expensa. Hec ratio apud signiferos ut nunc dicunt in cofino ser-  
 uabatur. Et ideo signiferi non solu[m] fideles sed etiam litterati hoies  
 eligeban[ti]: qui & seruarent deposita: & sciret singulis reddere ronem.

**C**In legione ita fieri promotiones ut per omnes cohortes  
 transeant qui promouentur. **Cap. XXI.**

**S**icut in tantum humano consilio sed etiam diuinitatis insti-  
 tuto legiones arbitror a Romanis constitutas. In quibus  
 x. cohortes ita sunt ordinatae: ut omnium unum corpus  
 vnavideatur esse coniunctio. Nam quasi in orbe quendam  
 per diuersas cohortes & diuersas scholas milites promouentur:  
 ita ut ex prima cohorte ad gradum quempiam promotus vadat ad  
 decimam cohortem: & rursus ab ea crescentibus stipendiis cum  
 maiore gradu per alias recurrat ad primam. Ideo primi pili certiorio  
 postquam in orbe omnes cohortes per diuersas administraverit scho-  
 las in prima cohorte ad hanc peruenit paliam: in qua ex omni le-  
 gione infinita commoda consequatur. Sicut primicerius in officio **primice-**  
**P**refectorum pretorio ad honestum questuolum militie perue-  
 nit gradum: ita legionarii equites cohortes suas contubernii affe-  
 ctione venerantur: cum naturaliter equites a pedibus soleant di-  
 screpare. Per hanc ergo conexione in legionibus & oīm cohortibus  
 equitum peditumque seruabatur una concordia.

# Flanis vegetis de re militari.

Quid inter tubicines & cornicines & classicum  
interfit.

Cap. XXII.

**A**bet p̄tere legio tubicines / cornicines / & buccinatores. Tubicines ad bellum vocant milites: & rursus receptui canentes reuocant. Cornicines quoties canūt nō milites sed signa ad eorum obtemperant nutum. Ergo quoties ad aliquod opus exituri sunt soli milites / tubicines canūt. Quoties mouenda sunt signa cornicines canūt. Quoties autem pugnatur & tubicines & cornicines pariter canunt. Clasicum itē appellatur quod buccinatores per cornu dicūt. Hoc insigne videtur imperii quia clasicum canitur imperatore presente: vel cū in militem capitaliter animaduertitur: quia hoc ex imperatoris legibus fieri necesse est. Si vero ad vigilias vel angarias faciendas / siue ad opus aliquod vel ad decurcionem campi exeunt milites tubicine vocate operantur / & rursus tubicine admonente cessant. Cū autem mouentur signa / aut iam mota figenda sunt cornicines canunt. Quod ideo in omnib⁹ exercitiis & processionib⁹ custoditetur: vt in ipsa pugna facilius obtemperent milites: siue eos pugnare siue stare / siue sequi / vel redire preceperint duces. Si quidē ratio manifesta sit semper in ocio debere fieri quod necessario faciendum videtur in prelio.

De exercitatione militum.

Cap. XXIII.

**E**gionis ordinatione digesta ad exercitium reuertamus unde sicut iam dictum est exercitus nomen accepit. Iuniores quidem & noui milites mane & post meridiem ad omne genus exercebantur armorum. Veteres autē & eruditi sine intermissione semel in die exercebātur armis. Neq; enim longitudo etatis aut annorum numerus arte bellicam tradit / sed post quanta volueris stipendia inexercitatus miles semper est tyro. Idcirco armatura que festis diebus exhibetur non tantū armature que sub campi doctore sunt / sed omnes equaliter contubernalis quotidiana meditatione dicebant & corporis velocitatē. Nam & velocitas ysu ipso acquiritur corporis: & sciētia feriendi hostem seq; ptegendi / plerim si gladiis cominus dimicet. Illud vero maius est vt seruare ordines discant vt vexillū suum in tātis pmixtione in ipsa plusione comitent. nec inter doctos alius error existit quis in multitudine sit tāta cōfusio. Ad palū quoq; vel sudes iuniores exerceri p̄modū est cū latera vel pedes aut caput petere pūctū cōsimq; condiscant. Saltus quoq; & ictus facere pariter assūescant: insurgere tripudiantes in clypeum: rursusq; subsidere nūc gestiōdo

puolare cum saltu: nunc cedētes in terga refilire. Missilibus etiā palos iōs pcūl ferire meditent: vt & ars dirigendi & dextre virt<sup>9</sup> possit accrescere. Sagittarii vero vel funditores scopas hoc est fructum vel straminū fasces pro signo ponebant: ita vt sexcentis pedibus remouerentur a signo vt sagittis vel certe lapidibus ex fustibulo destinatis signum sepius tangerent. Propterea sine trepidatione in acie faciebant quod ludētes in campo fecerāt. Semper aſſuſcendit est etiam vt semel tantū funda circa caput rotetur cum ex ea emittitur saxuꝝ. Sed & manu ſola oēs milites meditabant libralia ſaxa iactare: qui vſus paratior creditur: quia non desiderat fundam. Missilia quoq; vel plumbatas iugi & perpetuo exercitio dirigere cogebantur: viſq; adeo vt tēpore hiemis de tegulis vel ſcādulis que ſi deeffent certi de cāniſ vlna vel culmo & porticus tegerentur ad equites: & quedā velut basilice ad pedites: in quibus tēpeſtate vel ventis aere turbato ſub tecto armis eridebatur exercitus. Ceteris autem etiam hibernis diebus ſi niues pluuięq; cefſerent exerceri cogebantur in capo: ne intermissa conſuetudine aīos militum debilitaret & corpora. Siluā cedere/ portare onera/ transire fossas/natare in mari ſive fluminibꝫ/ gradu pleno ambulare vel currere etiam armatos cū ſarcinis suis: frequentiſſime cōuenit ut quotidiani laboris vſus in pace diſſicilis non videatur in bello. Siue ergo legio fuerit ſite auxilia exerceantur aſſidue. Nam ſicut bene exercitatus miles prelium cupit: ita formidat in doctus. Postremo ſciendū eſt in pugna vſuz amplius prodeſſe q̄ vires. Nam ſi doctrina cefſet armorū/nihil paganus diſta a milite.

**C**Exempla adhortationum exercitii militaris de aliis artibus tracta.

Cap. XXIII.

**A**thleta venator auriga propter exiguum mercedeꝝ vel certe plebiſ fauorem continua meditatione artes suas aut ſeruare aut augere cōſueruit. Militem cuius eſt mazanibꝫ ſeruanda reſpu. ſtudioſius oportet ſcientiam dimicandi vſumq; rei bellicae iugibꝫ exercitiis custodire. Cui continuit non tantum glorioſa victoria ſed etiam amplior preda: quēq; ad opes ac dignitates ordo milicie & imperatoris iudicium cōſueuit euere. Artifices scenici ab exercitiis non recedunt pro laude vulgi. Miles ſacramento lectus ab exercitiis armorum vel nouellus vel tam vetustus cefſare non debet: cui pugnandum eſt proſa lute propria & libertate communi: prefertim cum antiqua ſit praedensq; ſententia omnes artes in meditatione confiſtere.

# Flauij Vegetij de re militari.

¶ Enumeratio ferramentorum vel machinarum legiois. Cap. XXV

**F**erio autem non tantum militum numero sed etiam genere ferramentorum vincere consuevit. Primum omnium instruitur iaculis que nulle lorice nulla pannata scuta sufferre. Nam per singulas centurias singulas carroballistas habere consuevit quibus muli ad trahendam & singula contubernia ad armandum vel dirigendam hoc est undecim hoies deputatur. Nam hec quatuor maiores fuerint tanto longius ac fortius tela iaculantur. Non solum autem castra defendunt: verum etiam in campo post aciem gravis armature ponuntur. Ante quarum impetum nec equites loricati nec pedes scutati hostium possunt stare. In una autem legione quinquaginta quisque carroballiste esse solent. Item decem onagri hoc est singuli per singulas cohortes in carpentis bobus duobus portant armatis: ut si forte hostes ad oppugnandum venerint vallum sagittis & saxis possint castra defendi. Scafes quoque de singulis trabibus excavatas cum longissimi funibus interdum etiam ferreis castanis secum legio portat: quatinus pretexitis hisdem sicut dicit monoxylis superiectis etiam tabulatis flumina sine potibus que vadari nequeunt tam a pedestribus quam ab equitibus sine periculo trans-

**H**arpagi eantur. Habet ferreos harpagones quos lupos vocant: & falces ferreas confixas longissimis contis. Item ad fossarum opera facienda bidetes ligones palas rastra alueos cofinos quibusq; terra portetur. Habet quoque dolabras secures ascas ferras quibus materia ac palis dolatur atque secantur. Habet preterea artifices cum omnibus ferramentis: qui ad expugnandas hostium ciuitates testudines musculos arietes vineas (ut appellat) turres etiam ambulatorias faciant. Verum ne singula enumerando plura dicantur vniuersa quaeque bellum genus necessaria esse credunt secundum legio debet ubique portare:

**L**ippus, ut in quovis loco fixerit castra armata faciat ciuitatem.

¶ CLAVII VEGETII RENATI DE RE MILITARI LIBER SECUNDVS EXPLICIT.

¶ CLAVII VEGETII RENATI DE RE MILITARI LIBRI TERTII PROLOGVS.

**L**thenenses & Lacedemonios ac Macedonas rerum potitos prisci loquuntur annales. Verum apud Athenenses non solum rei bellicae sed etiam diuersarum artium viguit industria. Lacedemoniis autem precipua fuit cura bellorum. Primi denique experimenta pugnatum de euentibus colligentes arte preliorum scripsisse firmantur: usque eo ut rem mi-

**L**acedemoniorum circa bellum cura.

litarem que virtute sola vel certe felicitate creditur contineri/ad disciplinam peritieꝝ studia reuocari: ac magistros armorū quos τάκτικούσ appellauerunt iuuentutem suam vslim varietatemꝝ pugnandi preceperint edocere. O viros summa admiratione laudandos: qui eam precipue artem ediscere voluerunt sine qua alie artes esse non possunt. Horum sequentes instituta romani martii operis precepta & vslu retinuerunt: & litteris prodiderunt. Que p diuersos authores librosq dispersa imperator inuicte mediocritatem meam abbreviare iussisti: ne vel fastidium nasceretur ex plus rimis: vel plenitudo fidei deesset in paruis. Quantum autē in preliis lacedemoniorū disciplina profuerit (vt omittam ceteros.) xan <sup>Xanthippus</sup> tippi declaratur exemplo. Qui Attilium Regulum Romanūq <sup>rei militaris perit?</sup> exercitum sepe victorē cum carthaginē sibus non virtute sed arte solus ferret auxilium prostratis exercitib⁹ cepit ac domuit: vnoꝝ congressu triūphans/bellum omne confecit. Necminus hannibal <sup>Hannibal</sup> petiturus Italiam lacedemoniū doctorem quesuit armorū. Cui<sup>9</sup> monitis tot cōsules tantasq legiones inferior numero ac viribus interemit. Ergo qui desiderat pacem preparat bellum: qui victoriā cupit instruat militem diligēter. Qui secundos optat euētus dimicet arte non casu. Nemo prouocare/ nemo audet offendere quem intelligit superiorem esse si pugnet.

**C**Qui modus debeat esse exercitus.

Cap.I.



## Rimus liber tyronum delectuꝝ

exercitiūq depronplit: sequens legionis institutionē disciplināq edocuit militarem. Hic aut̄ tertius classicis sonat. Ideo ei illa premissa sunt ut hec in quibus peritia certaminum & victorie summa cōsistit discipline ordine custodito & intelligerenꝝ celeriꝝ: & ap̄lius adiuuarent. Exercitū, citus dicit tam legionū q̄ etiam auxiliorū/necnō etiā equitū ad ḡ redūm bellū multitudo collecta. Huius mod⁹ a magistris querit̄ armorū Nā cum xerxis & darii & mitridatis ceterorūq regū q̄ innumerabiles armaueſt pplos exēplaria legunt̄: euidēter apparet nimium copiosos exercitus magis ppria multitudine q̄ hostiū virute depressoſ. Nā plurib⁹ casibus subiacet amplior multitudo: in itinerib⁹ p mole sua semp est tardior. In longiore autē agmine etiā a paucis superuentum affolet pati. In locis autē asperis & fluminī bus trāſeundiſ propter impedimentorum moras sepe decipit. Preterea ingenti labore numerosis animalib⁹ equisq̄ pabula colligunt̄

# Flavius vegetis de re militari.

tit. Rei quoq; frumentarie difficultas que in omni expeditione vittanda est cito maiores fatigat exercitus. Nam quantolibet studio preparetur annona tanto maturius desit quanto plurib; erogatur. Aqua deniq; ipa nimie multitudini aliquā vix sufficit. Quod si casu acies verterit tergū: necesse est multos cadere de multis. & illos qui effugerint semel territos/postea formidare conflictum. Veteres autē qui remedia difficultatum didicerant experimētis non tam numerosos q; eruditos armis exercitus habere voluerunt. Itaq; in leuiorib; bellis vna legione mixtis auxiliis/hoc est decē milia peditū & duo milia equitū crediderūt posse sufficere. Quā manū pretores velut minores duces ad expeditionē sepe ducebāt. Qz si magna hostiū copie dicerent p̄fularis potestas cū xx. milib; peditū & quattuor equitū tāq; comes maior mittebat. Qz si infinita multitudine ex gētib; fortissimis rebellasset/tūc nimia necessitate cogēte duo duces et duo mittebanf exercit⁹:cū eiusmōi p̄cepto vt prudenter ne quid respū.detrimenti capiat cōsules ambo. Deniq; cum in diuersis regionib; cōtra diuersos hostes a po.ro.annis pene oibus pugnaref: ideo sufficiebant militū copie:quia vtilius iudicabāt nō tam grādes exercit⁹ habere q; plures. Illa tñ ratione seruata nevnq; aprior m̄lititudo sociorū auxiliariūve eētī castris q; ciuiū romanorū

¶ Quemadmodū sanitas gubernetur exercitus. Cap.II.

**V**nc quod vel maxime prouidendū est quemadmodū sanitas custodiaf: exercit⁹ admōebo: hoc est locis/agis/ tēperie/medicia/exercitio Locis ne in pestilēti regiōe iuxta borbosas paludes/ne aridis & sine opacitate arborū campis aut collib;. ne sine tētoriis estate milites cōmorent. Ne egressi tardius & calore solis & fatigatione itineris contrahāt morbū: sed poti⁹ in estate ante lucē ad loca cepto itinere destinata perueniant. Ne seu a hieme iter per niues ac pruinias noctibus faciant: aut lignorum patiātur inopiam: aut minor illis vestiū suppetat copia. Nec sanitati emī nec expeditioni ydoneus miles est q; algere compellitur. Nec perniciosis & palustribus aquis vtaf exercitus. Nam male aque potus veneno similis pestilentia bibentib; generat. Iam vero vt casu egri contubernalis oportunis cibis reficiantur: ac medicorum arte carentur principiorū tribunorumq; & ipsius comitis qui maiore sustinet potestate iugis queritur diligētia. Male emī cum his agitur quib; necessitas & belli incumbit & morbi. Sed rei militaris periti plus quotidiana armorū exercitia ad sanitatē militū putauerūt p̄delle q; medicos. Itaq; pedites sine intermissione imbrib; vel niuib; sub tecto/religs dieb; exerceri in

campo voluerūt. Similiter eqtes non solū in planis sed etiā in abruptis & fossarū hiatu difficultimis semitis seq; & equos suos assidue exercere iusserunt: vt nihil iis in necessitate plii accidere posset incognitū. Ex quo intelligi f' quato studiosius armorū artē dōcēdus sit semp exercitus: cū ei & laboris consuetudo in castris sanitatē & in cōflictu possit p̄stare vitoriā. Si autūnali estiuoꝝ tēpore diutius in iisdē locis militū multitudo cōsistat: ex cōtagione aquarum & odore ipsius feditatis vitiatis haustib; & aere corrupto pñ nicioſiſſimus nascit̄ morbus q̄ prohiberi non potest aliter nū ſrequent mutatione caſtorum.

**C**Quāta cura puidēda ſint atq; fuāda pabula & frumēta. Ca. iii.

 Rdo poſtulatv̄ de cōmeatu pabuli frumētiꝫ dicaf. Seipſus ei penuria q̄ pugna p̄sumit exercitū: & ferro ſeuior fames eſt. Deinde reliq; caſibus potest in tēpore ſubueniri: at pabulatio & annonā in neceſſitate remediu non habent nū ſi cōdanf. In oī expeditiōe vñt̄ eſt & maximū cōſiliū vt tibi ſufficiat vict⁹: hostes frāgat inopia. Añ igr̄ q̄ inchoef bellū de copiis expēſiq; ſollers dʒ eē tractat̄: vt pabula / frumētu / ceſeq; ānonarie ſpēs q̄s a pūcialib; cōſuetudo depoſcit maturiꝫ exigāꝫ & i opportunis ad rē gerēdā ac munitiſſimiſ locis aprior ſp mod⁹ q̄ ſufficit aggref. Q̄ ſi tributa deficiūt progato auro p̄parāda ſūt̄ oīa. Neq; ei diuitiarū ſecura poſſeffio eſt nū ſi armorū deſiſione ſerueſt̄. Frequentēr aut̄ neceſſitas geminaſt̄: & obſidio ſepe fit lōgior q̄ putatur: cum aduersarii etiā ipiſ ſuriētes circuſidere nō deſināt q̄ ſame ſperāt eſſe vincēdos. Preterea q̄cqd in pecore vel quaciq; fruſe vinoq; hostis inferēs bellū advictū ſuū poterit occupare / nō ſolū admoniſis p edicta poſſefforib; / ſi etiā coactis p electos pſcrutatores ad caſtella ydonea & armatorū firmata pſidiis vñl ad tutiſſimas coferendū eſt ciuitates: vrgēdiq; pūnciales vt añ irruptionē ſeq; & ſua menib; cōdant. Reparatio enī muſoruz tormentorū q̄ ſoim añ curāda eſt. Nā ſi ſemel hostes p̄uenērīt occupatos / metu vniuersa turbantur. Et que ex aliis vrbib; petenda ſunt interclusis itinerib; denegant̄. Sed fidelis ſeruatorū cuſtodia & erogatio modera ta cōſueuit ſuſſicere pro copia maxime ſi ab initio procuretur. Ceſterum ſera parsimonia eſt tum ſeruare cū deficit. In expeditionib; arduis per capita magis militū q̄ per dignitates ab antiq; p̄bebaſ ānone: itavt post neceſſitatē eisdē a rep. redderētur. hic me lignom & pabuli. Estate aquarū vitāda eſt difficultas. Frumēti vero vini & acetii nec non etiā ſalis oī tpe neceſſitas declinanda: ita vt vrbes atq; caſtella ab iis militib; qui min⁹ prompti inueniuntur in acie:

# Flauij Uegetij de re militari.

armis/sagittis/fustibalis/fūdis etiā & saxis/onagris/balistisq; de-  
fendantur. Precipueq; videtur cauendū ne aduersariorū dolo atq;  
periuriis decipiatur prouincialiū inculta simplicitas. Frequen-  
tius enī conuentiō pacisq; simulatio credulis q; garnia nocuerunt  
qua ratione famē collecti patiūtur hostes: dispersi vero crebris su-  
peruentibus facile vincuntur.

**C**uemadmodū oporteat prouidere ne milites se-  
ditionem faciant. Cap. IIII.

 Nterdum mouet tumultum ex diuersis locis collectus  
**O** Viciq; exercitum armatis classib; vehit turbinū signa debet ante p̄noscere. Procellis nāq; & fluctibus liburne graui q; vi hostiū sepe perierūt. In qua parte naturalis philosophie tota est adhibēda solertia: quia ventorū & tēpeltatum celesti rōne natura colligif. Et p acerbitate pelagi sic cut cautos & puidos cautela tutatur: ita negligētes extinguit in curia. Igit̄ ventorū numerū atq; vocabula ars nauigandi primus deb̄z inspicere. Veteres aut̄ iuxta positionē cardinū tñ quattuor ventos principales a singulis celi partibus flare credebāt. Sed ex perimēto posterior etas duodeci cōprehendit. Horū vocabula ad submouendā dubitationē nō solū greca sed etiā latina protulim: ita vt ventis p̄ncipalibus declaratis eos qui i p̄is dextra leuaq; iūcti sunt indicem. A verno itaq; solstitio. i. ab orientali cardine sumimus exordiū ex quo ventus oritur ἀπηλιωτησ id est subso lanus. Huic a dextra adiungitur καικιασ. A sinistra eurus siue vulturnus. Meridianū aut̄ cardinē possidet potos id est austera. Huic a dextra iungitur Λευκοποτοσ id est albus notus. A sinistra libonotus. i. corus. Occidentalem vero cardinē tenet zephyrus. Huic a dextra iungitur libs siue aphricus. A sinistra iapix siue fauonius. Septentrionalem vero cardinē sortitus apartias siue septentrio. Cui adheret a dextra trasfitas siue circius. A sinistra boreas id est aquilo. Hi sepe singuli /interdū duo /magnis autē tempestibus etiam tres pariter flare confuerunt. Horum impre

# Flauij Uegetis de re militari.

tu maria que sua sponte tranquilla sunt & quieta vndis estuantibus seuiunt. Horum flatu pro natura temporū vel locorum ex p̄ cellis serenitas redditur: & n̄r̄s in procellas serena mutant. Nā secundo spiramine optatos classis inuenit portus/ aduerso stare vel regredi/ aut discrimen sustinere compellitur. Et ideo difficile naufragium ptulit qui ventorū rationem diligenter inspexit.

**C**Quibus mensib⁹ tutius nauigetur. Cap. XXXIX.

 Equitur mensum dierumq; tractatus. Neq; enim integrō anno vis atq; acerbitas maris patitur nauigantes: sed quidem mēses aptissimi:quidem dubii:reliqui clasib⁹ intractabiles sunt lege nature. Phenite decursu.i. post ortum pliadū a die. vi. kalēdas Iunii vſq; ad arcturi ortum.i. in diem. xviii. kalendas octobris secura nauigatio creditur: quia estatis beneficio ventorum acerbitas mitigatur. Post hoc temp⁹ vſq; in tertium Idus nouembrib⁹ incerta nauigatio est & discrimini propior. Propterea quia post septembrib⁹ Idus oritur arcturus vehementissimuz sidus. Octauo kalendas octobris equinoctialis euenit acerba tempestas. Circa nonas vero octobris hedi pluuias quinto Idus eiusdem taunis. A nouembri autem mense cresbris tempestatibus nauigia conturbat vergiliarum hyemalis occasus. Ex die igitur tertio Iduum nouēbris vſq; in diem. vi. Idūz martii maria clauduntur. Nam lux minima/noxq; prolixa/nubium densitas/aeris obscuritas. Vētorum hymbrium vel niuī geminata seuitia non solum classes a pelago sed etiam cōmeantes a terrestri itinere deturbat. Post natalē vero (vt ita dicā) nauigationis qui sollēni certamine publicoq; spectaculo multarum gentium celebratū plurimorum syderū ipsiusq; temporis ratio ne vſq; in Idus maias periculose maria tentantur: non q; negociatoruz cesseret industria/sed quia maior adhibēda est cautela quā do exercitus nauigat cum liburnis q; cum priuatorum merciū fstinat audacia.

**C**Quemadmodum tempestatum obseruantur signa. Cap.XL.

 Reterea aliquorum ortus occasusq; siderum tempestates vehementissimas cōmouent. In quibus licet certi dies auctoriū attestatione signētur:tamen quia diuersis casibus aliquando mutantur:confitēdum est q; celestes causas humana conditio ad plenum scire prohibetur. Nautice igitur obseruationis curam trifariam diuidūt. Aut em circa diem statu

hum/aut ante/vel postea tempestates fieri compertum est. Vnde  
precedentes προχέιμασιν nascētes die sollēni ἐπιχειμασιν subse-  
quentes μεταχειμασιν grecovocabulo nuncupauerunt. Sed oia  
enumerare nominatim aut ineptū videtur aut longum cū auto-  
res plurimi non solum mensium sed etiam dierū rationem diligē-  
ter expresserint. Transitusq; syderuz quos planetas vocant/quiū  
prescripto cursu diei arbitrio creatoris suscipiunt signa vel deserūt  
frequenter assolent serena turbare. Interluniorum autē dies tem-  
pestatis plenos & nauigantibus q̄ maxime metuendos non lo-  
lum peritie ratio sed etiam vulgi v̄sus intelligit.

**C** De p̄gnosticis qb̄ noscī serenitas & turbatio aer. Cap. XL I

**G** Vltis quoq; signis & de tranquillo procelle & de tempe-  
stibus serena produntur. Que velut in speculo lune or-  
bis ostendit. Rubicundus em̄ color ventos: ceruleus in-  
dicat pluuias. Ex vtrōq; commixtus nimbos & furentes  
procellas. Letus orbis ac lucid⁹ serenitatem nauigiis repromittit  
quam gestat in vultu: precipue si quarto ortu neq; obtusis cornibus  
rutilat: neq; infuso fuerit humore fuscata. Sol quoq; exor̄ies vel diē  
condēs interest vtrum equalibus gaudeat radiis: an obiecta nube  
varietur: vtrum solido splendore fulgidus/ an ventis vrgentibus  
igneus/ neque pallidus vel pluvia sit impendente maculosus. Aer  
vero & mare ipsum nubiumq; magnitudo vel species sollicitos in-  
struit nautas. Aliquanta ab aibus aliquanta significantur a pisī  
bus: que virgilius in georgicis diuino pene comprehēdit ingenio.  
Et varro in libris nauticalibus diligēter excoluit. Hec gubernatores  
seleſcire profitentur sed eatenus quaten⁹ eos iperitie v̄sus instruit  
non altior doctrina firmauit.

**C** De estuariis hoc est de rheumate. Cap. XL II.

**G** Lementum pelagi tertia pars est mundi: quod preter-  
ventorum flatum suoquoq; spiramine motuq; vegetat⁹.  
Nam certis horis diebus pariter ac noctibus estu quo-  
dam quod rheuma vocantvltro citroq; percurrit: & mo-  
re torrentium fluminū nūc exundat in terras: nūc refluit in altitu-  
dinem suā. Hec reciprocantis meatus ambiguitas cursum nauīū  
scđa adiuuat: retardat aduersa: que dimicatuō magna sunt cau-  
tionevitanda. Neq; ei auxilio remorum rheumatis impetus vin-  
titur: cui interdū cedit & ventus. Et qm̄ in diuerſis regionib⁹ diuer-  
ſo lune crescentis minuetisq; statū certis horis ista variatur: ideo  
prelium nauale gesturus consuetudinem pelagi vel loci ante con-  
gressum debet agnoscere.

# Flauis vegetis de re militari.

¶ De locorum noticia siue remigibus. Cap. XLIII.

**N**aturam gubernatorumq; sollertia est loca in quibus  
navigatur portusq; cognoscere ut infesta prminentibus  
vel latentibus scopulis vadosa ac sicca vitentur. Tanto  
ei securitas maior est quanto mare altius fuerit. in nau-  
tis diligentia; in gubernatoribus peritia; in remigibus virtus eligi-  
tur. Propterea quia naualis pugna tranquillo committitur mari; lis  
burnatumq; moles non ventorum flatibus sed remorum pulsu ad  
uersarios percutit rostris: eorumq; rursus impetus vitat. In quo  
opere lacerte remigū & ars clavū regentis magistra victoria p̄stat

¶ De telis tormentisq; naualibus. Cap. XLIII.

**M**ulta quidem armorum genera prelium terrestre desiderat. Sed nauale certamen non solum plures armorū  
species verū etiā machinas & tormenta flagitat tanq; in  
maris dimicetur & turribus. Quid ei crudelius cōgres-  
sione naualivbi & aquis hoies pīmuntur & flāmis? Precipua ergo  
esse debet tegminū cura: ut catafracti vel loriciati galeati etiam &  
ocres muniti sint milites. De onere nāq; armorum nemo potest  
conqueri qui stans pugnat in nauibus. Scuta quoq; validiora pro-  
pter ictus lapidum & ampliora sumātur propter falces & harpa-  
gones aliaq; nautilia genera telorū. Sagittis/missilibus/fundis/  
fustibalis/plumbatis/onagris/balistis/scorpionibus/iacula inui-  
cem diriguntur & faxa:& quod est graui⁹ qui devirtute presumunt  
ad motis liburnis in ictis pontibus in aduersariorū transeunt na-  
ues: ibiq; gladiis manu ad manū vt dicitur cominus dimicant. In  
maioribus etiam liburnis propugnacula turresq; constituunt: vt  
tanq; de muro ita de excelsis tabulatis facilius vulnerent & peri-  
mant inimicos. Oleo incendiario/stupa/sulphure/& bitumie ob-  
solute & ardentes sagitte per balistas in hosticarū nauū alueos  
infigunt: vinctasq; ccra & pice & resina tabulas tot fomentis igniū  
repente succendent. Alii ferro interimuntur & faxo: aliī ardere co-  
guntur in fluctibus: inter tanta m̄ mortium genera qui acerrimus  
casus est absumentur a piscibus & insepulta sunt corpora.

¶ Quemadmodū nauali bello collocentur  
insidie. Cap. XLV.

**X**instar autē terrestris prelii superiūtus fūt ignoranti-  
bus nautis: vel circa opportunas insularum angustias  
collocantur insidie. Idq; agitur ut imparati facilius de-  
leantur: si longo remigio fatigati sunt hostium naute:  
si veato vrgentur aduerlo: si pro rostris est rheuma: si nihil suspi-

cantes dormiunt inimici: si statio quam tenent exitum non habet  
si dimicandi optata venit occasio: fortune beneficiis iungende sunt  
manus: & ex opportunitate prelium conferendum. Q[ui] si cautela  
hostium euitatis insidiis publico marte confligat: tunc liburnarū  
instruende sunt acies non directe ut in campo: sed incurue ad simili-  
tudinem lune ita ut productis cornib[us] acies media sinuetur: ut si  
aduersarii prorumpere tentauerint ipsa ordinatione circundati  
deprimantur. In cornibus autem precipuum robur & liburnarum  
collocetur & militum.

**C**Quid fiat cum aperto marte nauale committitur  
bellum.

Cap. XLVI.

**R**eterea vtile est ut alto & libero mari tua semper clas-  
sis vtatur. Inimicorum vero semper pellatur ad littus:  
quia pugnandi impetum perdunt: qui detruduntur in  
terras. In huiusmodi certamine tria armorum genera  
solent ad victoriam plurimum prodesse: afferes/falces/bipennes.  
**A**sser dicitur cum trabs subtilis ac longa ad similitudinem anten-  
ne pendet in malo vtroq[ue] capite ferrato. Hunc siue a dextra siue a  
sinistra parte aduersariorum se iuxterint naues pro vice arietis vi  
impellunt: qui bellatores hostium siue nautas sine dubio proster-  
nit ac perimit ipsamq[ue] nauem sepius perforat. **F**alx autem dicitur  
acutissimum ferrum curvatum ad similitudinem falcis: quod con-  
tis longioribus inditum collatorios funes quibus antenna suspen-  
ditur repente precidit: collapsisq[ue] velis liburnam pigriorem & inu-  
tilē reddit. Bipennis est securis habens ex vtraq[ue] parte latissimum & **B**ipennis  
acutissimum ferrū. Perhas ī medio ardore pugnādi pitissimi naute  
vel milites cū minorib[us] scaphulis secreto incidunt funes: quibus  
aduersariorū ligata sunt gubernacula. Quo facto statim capit  
tanq[ue] inermis & debilis nauis. Quid ei salutis supereft ei qui ami-  
serit clavum? De his foris quis in danubio quotidiani utuntur ex  
cubiis reticendum puto: quia artis amplius in his frequentior v[er]o  
inuenit q[ui] vetus doctrina monstrauerit.

## FLAVII VEGETII RENATI DE RE MILITARI LIBER EXPLICIT.

τέλος σύνθεω καὶ μένσας.

**C**Impressus Parisius per magistrū Bertholdum Rembold pro-  
Iohāne parvo librario pariensi. Anno. 1515. Die vero. 14. Maii.

AD MAGNIFICVM SENATO  
REM MINVM ROSCIVM PHI-  
LIPPI BEROALDI EPISTOLA.

**R**EI MILITARIS DISCIPLI-  
na ceteris oib⁹ haud dubie p̄cēllit  
ut pote maximorum regnorum ef-  
fectrix ac parens. Hæc Cyro persæ  
hæc Alexandro Macedoni⁹ hæc Ce-  
sari Romano nomen peperit eternum. Hæc innu-  
meros pr̄incipes nunc olim immortalitate dona-  
uit. hæc orbem terrarum parere Romano impe-  
rio coegit. Vnde non minus vere q̄ speciose dixit  
Arpinas orator. Cedat forum castris. Ociūm mi-  
litiæ. Stilus gladio. Umbras soli. De hac tam p̄ræ-  
clara tanq; excellenti disciplina militari p̄isco se-  
culo non pauci commentantes scripsere eloquen-  
ter & scienter. Ex quib⁹ plane conditoribus ad  
nepotes peruererunt. Frontinus. Vegetius. He-  
lianus ac modestus: qui veluti quadriga per mil-  
tarem campum latissime decurrunt: omnesq; mil-  
itiæ meandros cum laude ingrediuntur. Ho ego  
nuperrime telegi: emendauiq; Mīne mi eruditō-  
rum nobilissime in ponticulano tuo feriat⁹: quo  
saluberrimo secessu nihil amenius: nihil magnifi-  
centius: nihil pulchrius noui. Adeo ut laurenti-  
num Plinianum vt villæ Lucullianæ: vt p̄etoria  
omnia a luxuriosis edificatorib⁹ magnificenter  
extructa cum Ponticulano Rosciorum compara-

ri vix mereantur. Te beatum meritissimo nuncupant cui res adest & virtus. Hosce igitur doctores rei bellicæ luculentos in contubernio tuo: quo nihil dulcius emendatos impressori euestigio dedi sub nomine tuo publicandos: Quorum eruditio non protrita: quorum lectio oppidoque erudita est. Qui non minus utiles futuri sunt pallentibus in umbras scolasticis: que coloratis sub dio bellatoribus Quos tu quæso: quum vacabit: ne spreueris: vel transeunter inspicere. Vale. Et Philippum tuum amam mutuiter.

FINIS.



SEXTI IVLII FRONTINIVIRICON  
SVLARIS STRATAGEMATICON.  
LIBER PRIMVS.

 Vm ad instruendam rei militaris scientiam vnu ex numero studiosoru eius accesserim. eiq destinationi quantum cura nostra valuit satisfecisse nisus sim:debe ri adhuc institute arbitror opere vt solertia ducum facta / que a grecis vna Stratagematicon appellatione cōprehensa sunt/expeditis amplectar cōmentariis. Ita em̄ consilii quoq & p̄ uidentie exemplis succincti duces erunt. Vnde illis excogitandi gerendiq similia facultas nutriatur. Preterea cōtisget ne de euētu trepidet intentionis sue: qui probatis eam experimentis com parabit. Illud neq ignoro neq infīcior etiam rerū gestarū scriptores indagine operis sui hanc quoq partē esse complexos: & ab au thorib⁹ exemplorum quicq uid insigne aliquo modo fuit traditū. Sed (vt opinor) occupat⁹ velocitate p̄suli debet. Longū est enī sin gula & sparsa per imensum corp⁹ hystoriarū proseq. Ethi qui no tabilia excerpserunt/ ipso velut aceruo rerū confuderunt legentē. Nostra sedulitas impendet operam / vt quēadmodum res posset ip̄m quod exigitur quasi ad interrogatum exhibeat. Circūsp ec̄tis em̄ generibus preparauit oportuna exemplarū veluti cōsilia: quo magis autem discreta ad rerum varietatem apte collocaren tur. In tres libros ea diducimus. In primo erunt exempla que cō petant prelio nondum cōmillo. In secundo que ad prelium / & con fectam pacationem pertineant. Tertius inferende soluendeq ob fidionis habebit Stratagemata: quibus deinceps generibus suas species attribui. Huic labori non iniuste veniani paciscar: ne me pro incurioso reprehendant qui preteritum aliquod a nobis repes terit exemplum. Quis enim ad percensenda omnia monumen ta que vtraq lingua tradita sunt sufficiat? Vnde multa & transi te michi ipse permisi: quod me nō sine causa fecisse scient: qui alio rum libros eadem promittentiū legerint. Verum facile erit sub quaq specie suggerere. Nam cum hoc opus sicut cetera vsu potius aliorum q̄ mee cōmendationis causa aggressus sim/ adiuuati me ab his qui aliquid illi astuent non argui credam: si qui erūt quibus volumina hec cordi sint meminerint/ vt parent gratiam/ per quam possumus similem naturā discernere. Nam tum omnia que aduce prouide/ vtiliter/magnifice/ constanter fiunt/ &

# Julij Frontini Stratagematicum

partiuntur/gratiā habebūt si in specie eorum sunt/& gratia eorum proprias vis in arte solertiaq; posita proficit tam vbi cauend⁹; q̄ vbi opprimendus hostis fit. Quia in re cum verborum quoq; il- lustris extiterit effectus/vt factorum ita dictorum exempla pos suimus.

## ¶ De occultandis consiliis.

Caput primum.

**Arcus portius Lato deuictas**

**M**a se hyspanie ciuitates existimabat in tempore rebellaturas fiducia murorum: scriptis itaq; singulis vt diruerent munimenta minatus bellum nisi confessim obtemperassent: epistolaisq; vniuersis ciuitatibus eodē die reddi iussit: vna queq; vrbium sibi soli credidit imperatum. Cōturnaces conspiratio potuit facere: si omnibus idē denūciari notū tunc fuisset. Hamilcar dux penorū vt in Siciliā inopinatus appelleteret classem non pronūciauit quo proficeretur: sed tabellas in quib; scriptum erat quam partē peti vellet vniuersis gubernatoribus dedit signatas: precepitq; ne quis legeret nisi vi tempestat[ a cursu pretorie nauis abductus esset. C. Lelius ad syphacē profetus legatos quosdam ex tribunis & centurionibus per speciem seruitutis ac ministerii exploratores secū duxit: ex quibus. L. Statutorum quia sepius in eidem castris fuerat quemquidem ex hostibus videbantur agnoscere: occultande conditionis eius causa baculo vt seruum castigauit. Tarquinius superbus pater prīcipes gabiorum interficiendos arbitratus /quia hoc nemini volebat in notescere commissum:nichil nuncio respondit qui ad eum a filio erat missus:tamen virga eminentia papauerum capita cum forte in orto ambularet decussit. Nuncius sine responsione reuersus renunciauit adolescenti tarquinio quid agentem patrem vidisset ille intellexit idem esse eminentibus faciendum. Cesar qui suspe ctam habebat egyptiorum fidem per speciem securitatis inspe ctione vrbis atq; openum/ac simul licentioribus conuiuiis dedit videri voluit captum sese gratia locorum: vt ad mores alexandri nos vitamq; deficeret/ atq; inter ea dissimulationem preparatis subfidiis occupauit egyptum. Vētidius parthico bello aduersus Pacorum regem non ignarus Pharnētū quendā natione Cyrenē sten ex his qui socii videbantur omnia que apud ipsos agebātur nunciare parthis: perfidiam barbari ad utilitates suas conuertit. Nam que maxime fieri cupiebat/ea vereri se ne acciderent/que

timebat ea vt evenirent optare se simulabat. Sollicit us itaq; ne parti ante transiret euphratem q; ubi superuenient legiones quas in capadocia trans taurum habebat. studiose cum proditore egit: vt iollenni perfidia partis suaderet per zeugma traiceret exercitum qua & breuissimū iter est: & omisso alioeo euphrates decurrit. Nauq; si illac venirent assuerabat se opportunitate colsum usurum ad eludendos sagittarios. Omnia autem vereri si se infra patentes campos proiecerent. Inducti hac affirmatione barbari inferiore itinere per circuitum adduxerunt exercitum. Dūq; fusiores ripas & ob hoc operosiores pontes iungunt instrumentaq; moliuntur. xl. amplius dies impenderunt. quo spacio Ventidius ad contrahēdas vsus est copias. Eisq; copiis triduo anteq; parth<sup>9</sup> adueniret receptis acie commissa vicit parthos & interfecit. Mytridates circumuallante Pompeio fugam in proximā diem molies huius consilii obscurandi causa latius & vsq; ad applicitas hosti valles pabulatus. Colloquia quoq; cum pluribus auertende suspcionis causa in posterum constituit. Ignes etiam frequentiores p tota castra fieri iussit. Secūda deinde vigilia preter ipsa castra hostium agmen eduxit. Imperator Cesar dormitianus Augustus Germanicus cum germanos qui in armis erant vellet opprime re/nec ignoraret maiore bellum molitione inituros: si aduētum tanti duc<sup>9</sup> presensissent: profectiōne suā sensu obtexuit galliarum Sub quibus inopinato bello affusus contusa immatiū ferocia natōrum prouinciis cōsuluit. Claudius Nero cum cuperet hasdrus balem copiasq; eius anteq; hannibali fratri iungeretur excidi: iccir coq; festinaret se liuio salinatori college suo cui bellum mandatū fuerat parum fidens viribus que sub ipso erant adiungere: neq; tamen discessum suum ab hannibale cui oppositus erat sentiri velle. x. milia fortissimorum militū delegit: precepitq; legatis quos relinquebat: vt eedem stationes & vigilie eque agerentur/totidē ignes arderet/eadēq; facies castrorū seruaretur: ne quid hannibal suspicat<sup>9</sup> auderet aduers<sup>9</sup> paucitatē relictorū. Cū deide in vmbria occultatis itinerib<sup>9</sup> college se iunxit set vetuit castra ampliari: ne quod signū aduētus sui pena daret detractaturo pugnā si consulū iūctas vires intellexisset. Igitur insciū duplicatis aggressus copiis superauit: & velocius omni nuncio rediit ad hannibale. Ita ex duobus callidissimis ducib<sup>9</sup> penori eodem p̄ filio alterum celavit/altē tum oppreslit. Thermistocles athenarū dux exhortans suos ad scitandos festināter muros quos iussu lacedemoniorū deiecerat legatis lacedemonē missis qui interpellarēt respondit venturū se

# Julij Frontini Strategematum

ad diluendā hāc existimationē /& peruenit lacedemonē: ibi simus  
lato morbo aliquantū temporū extraxit: & postq̄ intellexit suspe-  
ctam esse tergiuersationē suam cōtendit falsum ad eos rumorē: &  
rogauit vt mitterēt aliquos ex principib⁹ quib⁹ crederent de mu-  
nitione athenarū. Suis deinde clam scripsit /vt eos qui venissent re-  
tinerēt: donec refectis operib⁹ confiterētur lacedemoniis munitas  
esse athenas: nec aliter p̄cipes eorū redire posse q̄ ipse remissus fo-  
ret: quod facile prestiterunt lacedemoniis ne vnius interitum mul-  
torum morte pensarent. Lucius furius exercitu producto in locis  
iniquū cum cōstituisset occultare sollicitudinē suam ne reliqui tre-  
pidarent paulatim se inflectens tanq̄ circuitu maiore hostē aggref-  
surus cōuerso agmine ignarū rei que agebatur exercitum incolu-  
merū reduxit. Metellus pius in hispania interrogatus quid poste-  
ra die facturus esset. Tunicā meam si id eloqui posset (inquit) cō-  
burerē. M. Licinius Crassus percōtāti quo tēpore castra motur  
esset: respondit vereri se ne tuba id audiat.

## C De explorandis cōsiliis hostium.

Cap. II.

**G**ipio Aphricanus capta occasione mittēde ad Sypha-  
cé legationis cum lelio seruorū habitu tribunos cēturi-  
nes electissimos ire iussit: quib⁹ cure esset prospicere re-  
gias vires: hii vt liberius castrorum positionē scrutaren-  
tur equū de industria dimissum tanq̄ fugientē perfectati maximā  
partem munimentorū circuierunt: que cū nunciassent incēdio cō-  
fectū est bellum. Q. Fabius maximus bello ethrusco cū adhuc in-  
cognite forent. xx.ducibus sagatores explorandi fratrem fabium  
cefonē peritū lingue ethrusce iussit he trusco habitu penetrare cu-  
minam syluā ante militi nostro intentatam. Quod is adeo prudē-  
ter atq̄ industrie fecit: vt trasgressus syluam vmbros camertes cū  
animaduertisset non alienos nomini romano ad societatē compu-  
lerit. Carthaginenses cum animaduertissem alexādri ita magnas  
opes vt aphrice quoq̄ immineret vnu ex ciuib⁹ virum acrē noīe  
Hamilcharē Rhodinū stadium iusserrit simulato exilio ire ad res-  
gem: oīq̄ studio in amicitiā eius peruenire qua is potitus consilia  
ei⁹ nota ciuib⁹ suis faciebat. Idē carthaginēk. miserūt q̄ propter spe-  
ciem legatorū longo tpe rome morarent exciperentq̄ cōsiliarios  
strorum. M. Cato in hyspania quia ad hostium cōsilia alia via per-  
uenire non potuerat iussit trecentos milites simul impetū facere  
in stationē hostium / raptumq̄ vnu ex his in castra perferre incolu-  
mem: tortusq̄ ille om̄ia suorum archana confessus est. C. Marius  
consul bello cymbrico & teutonico ad excutiendā gallorum & lia-

gum fidem litteras eis misit. Quarum pars prior precipiebat ne interiores que presignate erant ante tempus certum aperirentur: easdem postea ante prestitutū diem repetiit. & quia resignatas repercerat intellexit hostilia agitari. Est etiam aliud explorandi genus quo ipsi duces nullo extrinsecus adiutorio per se prouident. Sicut Aemylius Paulus consul bello ethrusco apud oppidū Coloniam dimissurus exercitum in planiciem contemplatus percul auium multitudinem citatiore volatu e silua cosurrexisse intellexit illic aliquid insidiarum latere: & turbate aues & simul & plures euolauerant. Premisis igitur exploratoribus cōperit. x. milia boiorum excipiendo ibi romanorum agmini imminere: eaq[ue] alio q[uod] expectabatur latere missis legionibus circāfudit. Similiter Thyamenus horestis filius cum audisset iugum ab hostibus natura munitū teneri: premisit sciscitatuos quid rei foret: ac refe rentibus eis non esse verum quod opinaretur ingressus iter ut videt ex suspecto iugo magnam vim auū simul euolasse: necq[ue] omnino residere: arbitratus est latere illic agmen hostium / itaq[ue] circumducto exercitu exclusit insidiatores. Hasdrubal frater Hannibalis tunc Liuii & Neronis exercitū q[uod]q[ue] hoc illi nō duplicatis castris dissimularent intellexit φ ab itinere strigofiores notabat equos & coloratiora hominū ex via corpora.

## ¶ De custodiendo statu belli.

## Cap. III.

**A**lexander Macedo cum haberet vehementem exercitum semper eum statum belli elegit ut acie cōfligeret. Cesar bello ciuili cum exercitū veteranum haberet hostium autē tyronē esse sciret acie semper decertare studuit. Fabius Maximus aduersus Hannibalem successib⁹ preliorum insolentem recedere ab ancipiū discrimine & tueri tantūmodo italicam constituit: cōfictorisq[ue] nomen & per hoc summi ducis meruit. Byzantii aduersus Philippū om̄e preliandi discriminem viantes om̄issa etiam finiū tutela intra munitiones oppidi se receperunt: assediti⁹ sunt vt Philippus obsidionalis more impatiēs recederet. Hasdrubal Gisgonis fili⁹ secūdo punico bello in hypaniam victū exercitū cum. P. Scipio instaret per vrbes diuisit. itaq[ue] factū est vt Scipio ne oppugnatiōe pluriū oppidorū distingere in hyberna suos reduceret. Themistocles adiūcante Xerce quia neq[ue] p[er]lio pedestri/neq[ue] finiū tutele/neq[ue] obsidioni credebat sufficere athenienses auctor fuit eis liberos & cōiuges in trozena & in alias vrbes emittēdi: relictoq[ue] oppido statū belli ad nauale plium traserendi. Idem fecit in eadē ciuitate. Pericles aduersus Iacedes

# Julij Frontini Stratagematicum

monios. Scipio manete in italia Hannibale trasmisso in aphyrica exercitu necessitate carthaginensis imposuit reuocadi hannibalē. Sicq; ad domesticis finib; hostile trastulit bellū. Athenieses cū des celiam castellū ipsorū lacedemonii cōmuniissent: & frequenter vexarent classem qua pelopōnesum infestaret miserū psecutiq; sūt ut exercitū lacedemoniorū qui decelie erat reuocaref. Imperator Cesardomitianus Augustus cū germani more suo e saltibus & obscuris latebris subinde impugnarent nfos: tutūq; regressum in profunda syhiarum haberent: militib; per.cxx.milia passuum actis non mutauit tātum statum belli sed & subiecit ditioni sue hostes quorum refugia nudauerat.

**C** De trāducēdo exercitū p loca hosti infesta. Cap. IIII.

**A** Emilius Paulus cōsul cū in lucanis iuxta littus augusto itinere exercitū duceret: & tarētini ei classe insidiati agmen ei⁹ scorpionib; aggressi essent: captiuis latera cunctū prenexuit: quorū respectu hostes inhibuere tela Agesilaus lacedemonius cū preda honest⁹ ex frigia rediret/ insequerenturq; hostes: & ad locorū opportunitatē laceſſerent agmē eius: ordinē captiuorū ab vtroq; latere exercitus sui applicuit: qui bus dū parcitur ab hoste spaciū tranſeūdi habuerūt lacedemonii. Idem tenentibus angustias thebanis p quas transire hēbat flexit iter quasi thebas cōtenderet/exterritis thebanis digressisq; ad tūtanda menia repetitū iter quo destinauerat emensus est nullo obſistente. Nicostratus dux etolorū aduersus epirotas cū ei⁹ adit⁹ in fines eorum angusti fierēt/ per alterū locū irruptū se offensio illa ad prohibendū occurrēte epirotarū multitidine reliquit suos paucos: qui speciē remanētis exercitus preberēt: & ipse cū cetera manuqua non expectabatur aditū intravit. Antophradates per ſes cum in pīſſidā exercitū duceret & angustias quasdam pīſſide occuparent simulata vexatione traicidi instituit reducere qd cū pīſſide credidissent/ ille nocte validissimā manum ad eundē locū occupādum premisit: ac postero die totū traiecit exercitū. Philip pus macedonii rex greciā petens cum thermopylas occupatas audiret/ & ad eum legati etolorū venissent actuari de pace retētis eis ipse magnis itineribus ad angustias pertēdit: securisq; custodib; & legatorū reditus expectantib; inopinatus thermopylas traiecit. Iphicrates durx atheniensiū aduersus Anaxibium lacedemonium in helespōto circa Abidon cū transducēdum exercitū habebat: p loca que stationib; hostiū tenebanf/ alterum aut latus eius transitus abscessi mōtes pīmerent/ alterū mare ablueret/ aliquādiū

moratus: cum incidisset frigidior solito dies / & ob hoc nemini sus-  
 spectus delegit firmissimos quo s̄q; quib⁹ oleo ac mero calefactis  
 precepit vt i p̄am orā maris legeret / abruptiora tranarent: atq; ita  
 custodes angustiarū inopinat⁹ oppressit a tergo. Gn. Pōpeius cū  
 flumen trāsire ppter oppositū exercitū hostiū nō posset assidue p-  
 ducere & reducere in castra instituit: deinde in eandē persuasionē  
 hoste pducto ne vllā viam ad pgressum romanorū teneret repēte  
 impetu facto transitū rapuit. Alexāder macedo phibente rege i-  
 dorum poro traici exercitū p flumē hidaspem aduersus aquā as-  
 fidue pcurrere iussit suos: & vbi eo more exercitatiōis affecut⁹ est  
 quia poro aduersa ripa caueref per supiorem partē subitū trāsmi-  
 sit exercitū. Idēq; indi flumēs traiectū phibit⁹ ab hoste diuersis lo-  
 cis in flumē eq̄tes instituit imittere & trāsitu minari. Cūq; expe-  
 ctatiōe barbaros teneret intētos: insulā paulo remotiore p̄mū exi-  
 guo deide maiore p̄sidio occupauit: atq; inde in vltiore ripā trās-  
 misit. Ad quā manū opprimendā cūvniuersi se hostes effudissent  
 ipse libero vado trāsgressus oēs copias coniūxit. Xenophon vlti-  
 ore ripā armeniis tenētibus duos iussit queri aditus: & cū a ci-  
 teriore repulsiis eēt transiit ad superiore. Inde q̄q; phibitus hostiū  
 occursu repetiit vadū inferiori: iussaq; ibidē militū parte subsistere  
 ex qua cū armenii ad inferioris vadī tutelā rediūsset p superius  
 transgrederef. Armenii credētes decursuros oēs decepti sunt a re-  
 manentibus. Hī cū resistente nullo vadū supassent transuentium  
 suorum fuere ppugnatores. P. Clavius cōsul p̄mo bello punico  
 cū a regio messanam traicere militē nequiret: custodientib⁹ fretū  
 penis: sparsit rumorē quasi bellum iūssu poplī inceptū gerere nō  
 posset: classemq; italicam versus se agere simulauit: digressis deide  
 potius qui pfectiōni eius habuerat fidē circuactas naues appulit  
 sicilie. Lacedemoniorū duces cū syracusas nauigare destinassent  
 & penorū dispositam penit⁹ classem timeret. x. punicas naues q̄s  
 captiuas hēbant veluti victrices p̄mas iūsserūt agi vt a latere iūn-  
 cta aut puppe religata aliis: qua specie deceptis penis trāsierunt.  
 Philippus cū angustias maris q̄ cyena appellant trānauigare p-  
 pter atheniensū classem que opportunitatem loci custodiebat nō  
 posset: scripsit atipatro thraciā rebellare p̄sidiis que ibi reliquerat  
 interceptis vt sequeref omisis oībus q̄ vt eplē interciperent ab  
 hoste curauit. Athenienses archana macedonū excepisse visi clas-  
 sem abduxerūt. Philippus nullo prohibente angustias freti libe-  
 rauit. Idem quia cheronesum que iuris atheniensium erat occu-  
 pare prohiberef tenentib⁹ transitū nō byzantiorum tātum sed

# Julij Frontini Strategematum

rhodiorum quoq; & chiorū nauibus conciliauit aios eorum reddēdo naues quas ceperat quasi sequestres futuros ordinande pacis in ter se atq; byzātios qui causa belli erant: tractaq; per magnum tēp<sup>9</sup> postulatione: cū de industria subide aliqd in cōditionib<sup>9</sup> retexeret classem p id tps pparauit: eaq; in angustias freti imperato hoste su bito euasit. Chabrias athenieſis cū adire portū sānorū obſtāte nauali hostiū pſidio nō posset paucas e suis nauib<sup>9</sup> pter portū missas iuſſit trāſire arbitrat<sup>9</sup> q in statione erāt pſecuturos/ huiſq; p hoc conſilium euocatis nullo obſtāte portū cum reliqua adeptus est clasſe.

C De euadendo ex locis difficillimis.

Cap. V.

**O** Vintus Sertorius in Hispania cū a tergo instāte hoste flumē traicere haberet: vallū in ripa eius in modū caue lune duxit. & oneratū mariis incēdit: atq; ita exclusis hostiibus fluuiū libere trāſgressus est. Similiter Pelopidas Thebanus bello Thessalico transītū quesuit: nāq; caſtris ampliorē locū ſupra ripā cōplexus vallū ceruolis & alio materie genere cōſtructū incendit. Dūq; ignibus ſummouerent̄ hostes/ ipe fluuiū ſuperauit. Quint<sup>9</sup> luctati<sup>9</sup> Catulus cū a Cymbris pulſus/ vna ſpē ſalutis haberet/ ſi flumen liberaſſet cuius ripā hostes tenebāt in pxi mo Monte copias oſtēdit tāq; ibi caſtra positurus: ac pcepit ſuis nec ſarcinas ſoluuerent/ aut onera deponerēt: ne quis ab ordinibus aut signis diſcederet: & quo magis persuasionē hostiū cōfirmaret/ pauca tabernacula in pſpectu erigi iuſſit: ignesq; fieri: & quosdā val lum ſtruere: quosdā in lignationēt cōſpicerēt exire. Q d Cymbri vere agi existimātes & ipſi caſtris delegerunt locū: diſplicq; in pximis agros ad cōparāda ea q necessaria ſunt māſuris occaſione de derunt. Catulo nō ſolū flumē traiciendi/ ſed etiā caſtra eorū infeſtādi. Cresus/ cū halim vado trāſire nō posſet: neq; nauiiū/ aut pōtis faciēdi copiā haberet fossa ſupiori parte poſt caſtra deducta aliteū ſluſinis a tergo exercit<sup>9</sup> ſui reddidit. Gneus Pōpei<sup>9</sup> Brāduſii cū excederet Italia & trāſferre bellū ppoſuſſet: instāte a tergo Cesarē cōſcensurū clasſem quasdā obſtruxit vias: alias parietib<sup>9</sup> iuſſit: alias intercidit foſſis: easq; ſudibus erectis pclusas operuit craſtibus humo aggredita/ quosdā aditus q ad portā ſerebant trabibus trāſmissis & in densum ordinē ſtructis ingēti mole tutat<sup>9</sup>. Quib<sup>9</sup> perpetratis ad ſpeciē retinende virbiſ raroſ p menib; ſagittarios reliquit: ceteras copias ſine tumultu ad naues reduxit: nauigantē enī mox ſagittarii quoq; per itinera nota digreſſi paruiſ nauigiiſ cōſecuti ſunt. Ga. Duellius consul in portū ſyraculano quē temere intrauerat obiecta ad ingressuꝝ catena clauſus vniuersos in puppi

retulit milites/atq; ita resupina nauigia magna remigantiū vi cō-  
citatuit leuate prore super catenā processerunt:qua parte superata  
transgressi rursus milites in proras presserunt in quas versum pō-  
dus decursum sup catenā dedit nauibus.Lysander lacedemonius  
cum in portū atheniensī cuz tota classe obſideret obrutus hostiū  
nauib⁹ ab ea parte qua fauic⁹ angustissimis influit mare milites  
suos clam in littus egredi iussit & subiectis rotis ad proximum na-  
ues portū munichye traiecit Herculeius legatus ſertorii cū in hi-  
spania inter duos mōtes abruptos longum & angustum iter ingres-  
sus paucas duceret cohortes:comperifletq; ingentē manū hostiū  
aduenire fossam transuersam inter mōtes preſſit: vallūq; materia  
extructum incēdit atq; ita intercluso hōſte euafit.G. Cefar bello ci-  
uili cuz aduersus afranium copias educeret:& recipiendi ſe ſine pe-  
riculo facultatem nō haberet/sicut cōſtiterat prima & ſecunda acie  
furtim a tergo ad opus applicata.xv.peduz fossā fecit : intra quam  
sub occaſum ſolis armati ſe milites receperūt. Pericles Atheniē-  
ſis a peloponēſib⁹ in eū locū cōpulsus q vndiq; abruptis cinct⁹ duos  
tm̄ exit⁹ habebat:ab altera parte fossam ingētis latitudinis duxit  
velut hostis excludēdi cauſa:ab altera militē agere cepit tanquā p  
et eruptur⁹.Li q obſidebat cū p fossam quā ipſe fecerat exercitū pe-  
triclis nō crederet euafurū vniuerſi a limite obſtiterūt. Pericles pō-  
tib⁹ quos pparauerat foſſe inieciſ ſuos q nō refiſtebaſ emiſit.Liſi  
machus ex hiſ vn⁹ in quoſ opes Alexadri trāſierūt:cū editū collē  
caſtris deſtiuaſſet: imprudētia aut̄ ſuorū in inferiorē deductus ve-  
rereſ ex ſupiore hostiū incurſum/triplices foſſas intra valluz obie-  
ciit.deinde ſublimib⁹ foſſis circa oia tētoria ductiſ tota caſtra con-  
fodit/& interſepto hostiū aditu ſimul humo quoq; & frōdib⁹ quaſ  
foſſis ſupiecerat facto impetu in ſupiora euafit.Gn. Fonteius Cras-  
sus in Hispania cū tribus milib⁹ hoim predatū pfectus ad hasdrū  
balē & ad primos tm̄ ordines relato cōſilio incipiēte nocte quo tpe  
minime expectabaf p ſtationes hostiū prorupit.Lucius Furi⁹ ex  
erictū perduto in locū iniquū cū cōſtituifſet occultare ſollicitudinē  
ſuā ne reliqui trepidarent paulatim inflexit iter tanq; circuitū ma-  
iore hōſte aggressur⁹;cōuerſoq; agmine ignariū rei q agebaſ exer-  
citi incolumē reduxit.Publius Decius tribunus bello Samnitico  
Cornelio coſſo cōſule iniq; locis dephenſo ab hostibus ſuafitvt ad  
occupādū collē q erat in ppinquo modicā manū mitteret/ſeq; du-  
cētiſ q mittebaſ obtulit auocat⁹ in diuersum hostis dimiſit con-  
ſulē.Decium aut̄ cinxit:obſeditq; illas quoq; anguſtias,nocti eru-  
ptione facta cū eluctatus eſſet.Decius incolumis cā militib⁹ coſſu

# Julij Frontini Strategmatum

li accessit. Idē fecit sub attilio catilino cōsule istius varie tradit⁹ nos  
men. Alii laberū nonnulli Quintū ceditū plurimi Calphurniū  
fama vocatū scripsert⁹: hic cū dimissum exercitū in eā valle vide  
ret/cuius latera oīa supiora hostis insederat depoposcit & accepit  
trecētos milites: quos adhortat⁹ vt virtute sua exercitū seruarent  
in mediā vallē decurrit: & ad opprimēdos eos vndiq⁹ descēdit ho  
stis. lōgoq⁹ & aspero plio retētus occasionē cōsuli ad extrahendū ex  
ercitū dedit. Luci⁹ minut⁹ cōsul in liguria dimisso in angustias ex  
ercitu iā oīb⁹ aduersaref. Caūdine cladis exēplo numidas auxilia  
res tā ppter ipsorū q̄ ppter equorū deformitatē despiciendos iussit  
adequitare faucib⁹ q̄ tenebanf. Primo intēti hostes ne laceſſerēf  
stationē obiecerunt: de industria numide ad augēdā ſuī cōtemptū  
labi equos & p ludibriū ſpectaculo eſſe affectaueſt: ad nouitatē rei  
laxatis ordinib⁹ barbari in ſpectaculūvſq⁹ resoluti ūt. Q̄ dībi aīad  
uerterū numide paulatim ſuccedētes additis calcarib⁹ p intermis  
ſas hostiū ſtatiōes eriperūt: quorū demū cū pximos inierūt agros  
necelle ligurib⁹ fuīt auocari ad defendēda ſua/inclusosq⁹ romanos  
emittere. Luci⁹ ſylla bello ſociali apud eſerniā inter angustias de  
phenſus ad exercitū hostiūz cui duelius perat colloquio petito de  
cōditionib⁹ pacis agitabat fine effectu. Hostē tñ ppter idutias ne  
gligētia resolutū aīaduertēs nocte pfectus relicto buccinatore q̄ vi  
gilias ad fidē remanentiū diuideret / & quarta vigilia cōmiffa euī  
ſequereſ / in columnes ſuos cū oīb⁹ impedimētis tormētisq⁹ in tutā  
pduxit. Idē aduersus Archelaū pfectuz mythridatis in capadocia  
iniqtate locorū & multitudine hostiū pſſus fecit pacis mētionē: in  
terpoſitoq⁹ tpe ēt in dūtianū / & p hoc auocata intētione aduersariū  
euasit. Hasdrubal frater hānibalis cū ſaltum euī adere nō posſet fau  
cib⁹ ei⁹ obſeffis egit euī. Cl. Nerone recepitq⁹ dimiſſuz ſe hispania  
excessiū cauillatos/deinde cōditionib⁹ dies aliquot extraxit: qb⁹  
oīb⁹ nō omiſit p angustos tramites & ob id neglectos dimittere p  
ptes exercitū: i pte deinde cū reliq⁹ expeditis facile effugit. Sparta  
c⁹ fossā q̄ erat a marco crasso circūdat⁹ cefis captiuorū pecorti⁹ cot  
porib⁹ nocti replacuit & ſupgress⁹ eſt. Idē cū in leſbio obſeff⁹ ea pte  
qua mōs asperrim⁹ erat/ ideoq⁹ i cū ſtodi⁹ ex vimine ſiluestri cathe  
nas pſeruit: qb⁹ demiss⁹ nō ſolū euasit/ verū ēt ex alio latere gladio  
ita terruit vt aliqt cohortes gladiatori⁹ quattuor & ſeptuaginta  
ceſſerit. Idē cū alucio varimo p cōſule pcluſ⁹ eſſet/palis p modica  
iterualla fixis aī portā/ erecta cadauera adornedata veste atq; armis  
alligauit vt pcul intuētib⁹ ſtationis ſpēs eſſet: ignib⁹ p tota caſtra  
factis imagine vana deluso hōſte copias filētio noctis eduxit. Bra

Fidas dux lacedemoniorum circa aphipolim ab atheniensium multitudine numero ipar dephesus claudedū se p̄stitit vt p longū corone ambitū extenuaret hostile frequētiā: quaq; rarissimi obstabat erupit. Hyphicates i tracia cū depresso loco castra posuisset explorans set aut ab hoste proximū teneri collē ex quo vñ ad opprimēdū ipos descēsus erat: nocte paucis intra castra relictis impauit vt multos ignes faceret: eductoq; exercitu & disposito circa latera p̄dicta: vie passus est trāsire barbaros locorū inigitate in q̄ ipse fuerat in illos cōuersa: pte exercit⁹ terga eorū cecidit: pte castra fecit Dare⁹ vt falteret scitas discessu/canes atq; asinos in castris reliqt q̄s cū latrātes rudētesq; hostis audiret remanere dareū creditid. Eūdē errorē obiectari nřis ligures p diuersa loca bubalos laq̄is ad arbores alligauerūt q̄ deducti freq̄ntiore mugitu spēz remanētiū p̄bebāt hostiū. Hā no ab hostib⁹ claus⁹ locū eruptioni maxime aptū aggestis leuib⁹ materiis incēdit/tū hoste ad ceteros exitus custodiendos auocato milites p ipam flāmā eduxit: admonitos ora scutis crura veste cōtegere. Hanibal vt inigitatē locorū & inopia instāte fabio maximo effugeret: noctu boues qb⁹ ad cornua fasciculis alligauerat sarmētorū: subiecto igne dimisit: cūq; ipo motu adolescēte flāma turbare tur pec⁹ magna discursatione mōtes in quos actū erat collustrāt romani q ad spectaculū cōcurrerāt: primo pdigitū opinati sunt: deinde cum cuncta fabio renunciassent ille de insidiarū metu suos castris continuuit/barbari obfistente nullo profecti sunt.

## ¶ De insidiis in itinere factis.

## Cap. VI.

**V**lui⁹ nobilior cū ex samnio in lucanos exercitū educebat & cognouisset a pfugis/hostes nouissimū agmē ei⁹ aggressuros/fortissimā legionē p̄mo ire/vltimo seq̄ iusserit impedimenta factū p occasione amplexi hostes diripe resarcinas ceperūt. Fului⁹ legionis de q̄ supradictū est: qnq; cohorte in dexterā pte vie direxit: qnq; ad sinistrā atq; ita p̄datiōi itētos hostes explicato p vtraq; latera milite clausit ceciditq; idē hostib⁹ tergū ei⁹ in itinere p̄mētib⁹ dū fluīc interueniētē nō ita magno vt trātitū phiberet morareb⁹ tñ rapiditate: alterā legionē i occlto citra flumē collocavit: vt hostes paucitate p̄tēpta audaci⁹ seq̄rēt: qd vbi factū est: legio q ab hoc disposita erat ex insidiis hostē aggressa vastauit. Iphicates in thraciā cū ppter cōditionē locorū lōgū agmē deduceret: & nunciatū ei esset hostes sūmū id aggressuros cohortes in vtraq; latera secedere & consistere iussit/cecos fugere & iter maturare. Trāsētē aut toto agmē lectissimos quosq; retinuit: & ita passim circa p̄dā occupatos hostes iā ēt fatigatos ip̄e regetis & ordinatis suis aggress⁹ fudit exuitq; p̄da. Boii in silva litana q̄ trāsētē

# Julij Frontini Strata gematum.

turus erat nō exercitus succiderant arbores: ita vt ex parte exigua substētata starēt donec ipellerent delituerāt deinde ad extremas. Ipsib⁹ igit⁹ silvā hoste pximas vteriores impulerūt eo modo i⁹ propagata pariter supra romanos ruina magnā manū eliserūt.

**C**Quemadmodum ea quibus deficimus videantur non deesse vt vſus eorū expleatur. Cap. VII.

**V**cius Cecilius Metellus/ quia vſus nauium quibus elephantes transportaret deficiebatur iunxit dolia constrauitq; tabulamentis ac super ea positos per siculum fretum transmisit Hannibal cum in prealiti fluminis transiit elephantes non posset pellere: neq; nauium ac materia rum q̄ibus rates continerentur copiam haberet: iussit ferocissimum elephatum sub aure vulnerari: & eum qui vulnerasset trānato statim flumine procurrere: elephantus exasperatus ad persequendū doloris sui authore/ tranauit amnem/ & reliquis idem audendi fecit exemplū Carthagienensū duces iſtructuri classem quia sparto deficiebantur crinibus tonsarū mulierū ad funes efficiendos vſi sunt. Idem Massilienses & Rhodii fecerunt. Marcus Anthonius a mutina profugis cortices pro scutis militibus suis dedit. Spartaco copiisq; eius scuta ex vimine fuerūt que coriis tegebantur. Non alienus (vt arbitror) hic locus est referendi factū Alexadri macedonis illud nobile q; p deserta Africe itinera grauiſſima siti cū exercitu affectus oblata sibi a milite in galea aquā spectantibus vniuersis effudit vtiliore exemplo temperantie q; si comunicare potuisset.

**C**De distinguendis hostibus.

Cap. VIII.

**O**riolanus cum ignominiam damnatiōis sue bello vſciceretur populationem patritiorū agrorum ihibuit deustis vastatisq; plebeiorum vt discordiam moueret qua consensus romanorū dstringeret. Hannibal fabiū cui neq; virtute neq; artibus bellādi par erat vt infamia dstringeret agris ei⁹ abstinuit ceteros populat⁹. Cōtra ille ne suspecta ciui bus fides eēt/magnitudie ani effecit publicat⁹ possessionib⁹ suis. Fabius maximus quito consul cū gallorū/vmbrorū/ ethruscorū/ samnitūq; aduersus populū romanū exercit⁹ coiissent/ ptra quos & ipse trās apenninū montē castra p̄muniebat scripsit Fulvio & Posthumio q; in p̄ſidio vrbi erat copias ad Sitiū mouerent: quib⁹ asseditis ad sua defendenda Etrusci/ Vmbriq; descenderunt: relictos Samnites/ Gallosq; Fabius & collega Decius aggressi vicerūt. M. Curius aduersus Sabinos qui ingenti exercitu p̄scripto

relictis finibus suis nostros occupauerant occultis itineribus manus misit que desolatos agros eorum vicosque per diuersa incendit Sabini ad arcendam domesticam vastitatē recesserunt. Curio contigit & vacuos infestare hostium fines / & exercitū sine prelio auertere sparsumque cedere. T. Didius paucitate suorum diffidēs / cum in aduentum earū legionū quas expectabat traheret bellum / & occurrere eis hostē comperisset / cōcione vocata aptari iussit milites ad pugnam; ac de industria neglegiū custodiri captiuos: ex quib⁹ pauci qui profugerunt nunciauerunt suis pugnam imminere. At illi ne suspitione prelii deducerent vires omiserunt occurere eis quibus insidiabantur: legiones tutissime nullo excidente ad didium peruererunt. Bello punico quedā ciuitates que a romanis deficeant penos destinauerunt cum obsides dedissent quos recipere anteque descisserent studebant: simulauerunt seditionem inter finitimos ortam quam romanorum legati dirimere deberent: miserosque eos velut cōtraria pignora retinuerunt: nec ante reddiderunt quā ipsi recuperarent suos. Legati romanorum cum misissent ad antiochum regem qui secum hannibale victis iam Carthaginensib⁹ habebat: consiliumque eius aduersus romanos instruebat crebris cum hannibale colloquiis effecerunt ut is regi fieret suspectus cui gratissimus alioqui & utilis erat propter caliditatem & peritiam bellandi. Q. Metellus aduersus Iugurthā bellum gerens missos ad se legatos eius corrupti ut sibi proderent regem. Cum etiam alii venissent idem fecit. Eodem consilio vslus est & aduersus tertios. Sed de captiuitate iugurthe res parum processit: viuum emtradi sibi volebat. Plurimum tamen consecutus est: Nam cum intercepte fuissent ep̄le eius ad regios amicos scripte in omnes eos rex animaduerit: spoliatusque consiliis amicos postea parare non potuit. Cesar per exceptum quendā aquatorem cum comperisset Afranium Petreiumque castra nocti moturos ut citra vexationes suorum hostilia impeditret cōsilia: in initio statim noctis vasa clamare milites & preter aduersariorum castra agi mulos cum fremitu & sonum iussit continuare: quos retentos volebatarbitrari castra ad Cesarem mouere. Scipio Aphricanus ad excienda auxilia cū comeati⁹ hannibali venticiū terminū dimisit ipse subuenitus. Dionysius syracusanorū tyrann⁹ cū aphri ingenti multitudine trajecturi essent in siciliā ad eū oppugnādū castella plurib⁹ locis cōmuniit: custodibusque p̄cepit vt ea adueniēti hosti dederēt: dimisitque syracusas occulte rediret. Aphris necesse capta fuit: castella p̄fisiō abit tenere quā dionys⁹ redactos ad quā voluerat paucitatē pene:

# Julij Frontini Strategematum

Iam par numero aggressus vicit: cum suos contraxisset & aduersarios ipsarisset. Agesilaus lacedemonius cum inferret bellum tylsapherne Cariam se petere simulauit: quasi aptius locis montuosis aduersus hostem equitatu preualentem pugnaturus. Per hanc cō filii ostentationem aduocato in Cariam tylsapherne ipse lydiam ubi caput hostium regni erat irripuit: oppressisq; qui illic agebant pecunia regia potitus est.

